



1  
1  
2.  
3.  
4  
5.  
6  
7  
8.  
9.  
10  
11



Exercitationum Academicarum  
Decima Tertia

595.  
39  
DE CONTRACTU-  
UM DISSOLUTIONE.

Quam,  
1626, 13. XXXIX.  
S.S. AUXILIANTE TRIADE

In Collegio privato,

Ex permissu Amplissimi Ictorum ordinis in celeberrima Argentoratensium Academia instituto;

PRÆSIDE

PHILIPPO Knipschilde  
Medebachio-Weitph.

Nobilissimis & praestantissimis Dominis collegis  
examinandam proponit,

Ad diem Martii,

ROBERTUS Königsmann  
Argent. Allat.



ARGENTORATI,  
Excudebat PAULUS LEDERTZ,  
Anno M. DC. XXVI.



VIRIS

*Reverendo, Clarissimo,*

DN. M. WOLFFGANGO SCHALLERO,  
summi templi apud Argentoratenses pastori  
primario, vigilantissimo:

UTI ET

*Prudentissimo, Spectatissimo,*

DN. DANIELI Reichshoffer / civiac mercatori  
ibidem primario.

Dnn. Patronis, cognato, studiorumque  
suorum fautoribus exercitium hoc  
juridicum in debita observantia  
signum dedicat


ROBERTUS Königsmann

AD PRÆSTANTISSIMUM RESPONDENTEM,  
DN. ROBERTUM KÖNIGSMANNUM, AMICUM  
& Collegam suum colendum.

HEROICUM.

**T**E *Fortuna parens majori nomine Regis,  
Te quoq; Iova parens insigni munere mentis  
Donant. Ingenii decus, & vigor eminent almus:  
In labris habitat benè suavis aurea Peitho:  
Dextrâ non segni monumenta revolvit avorum,  
Et juris gustas non parcis faucibus ipsos  
Fontes, firmato per te Res publica quondam  
Ut constet talo. Virtutum concio tanta  
Clauditur, & veræ pietatis cingitur arcto  
Septo; pulchello te purpurat atq; colore  
Dejecto ac humili veneranda modestia vultu.  
His exornatus donis, ROBERTE, cathedram  
Scande, tuum SCUTUM plagâ te præstat ab omni  
Tutum. Mox pleno poteris repedare triumpho.*

JOH. WOLFFGANGUS FABRICIUS,  
Windshemio- Francus.



AD RESTATUENDUM RESPONDENTEM

Dr. ROBERTUM FRIEDRICHUM ANTONIUM

et Collegium suum ad

HER OICIM

THE UNIVERSITÄT WÜRZBURG  
In qua hoc publicum  
Dissert. habetur  
In hunc habitus  
Dicitur non  
Tunc hunc  
In hunc  
Causam  
Spectabile  
Hic  
Sicut  
Tunc

Joh. Wolffgangus  
Wilmanns



*Exercitationum Academicarum*  
XIII.

## DE CONTRACTUUM DISSOLUTIONE.

*Respondente,*

ROBERTO Königsmann  
Argent. Alsät.

THEMA I.



Nihil adè firmum & stabile inter homines, atque immobile est, quod non aliquando patiatur mutationem, *Nov. 7. c. 2.* & quemadmodum rerum naturalium in natura sunt ortus & occasus, ita in jure certi sunt modi, quibus ea, quæ ad Reip. utilitatem spectant, constituuntur, & constituta iterum dissolvuntur, uti patet *ex t. t. l. quib. mod. jus. pat. pot. solv. t. t. l. quib. mod. tut. finit.* quod idem in contractibus contingit, qui sicut certis modis constituuntur, ita etiam dissolvuntur. *l. obligationum. 44. §. 1. ff. de O. & A. t. t. l. quib. mod. tollit. oblig.* id quod utriusque contrahentis & creditoris, & debitoris requirit necessitas & utilitas; Creditoris, ne re sua diutius carere teneatur; debitoris, ut nexu & vinculo difficili tandem quoque liberetur.

2. Cum autem juxta illud vulgatum, contraria juxta se posita magis elucescant, *arg. l. 1. ff. de his qui sui vel alien. l. Pomponius. 40. §. sed & is. 2. ff. de procurat.* & hucusque de contractuum constitutione pro instituti nostri ratione dixerimus: restat nunc, ut paucis quoque de disrtractibus, hoc est, de contractuum dissolutione, seu

Iii modis

modis, quibus tollantur & dissolvantur, agamus. Maximè enim necessarium & utilissimum erit cognoscere, quomodo contractus & inde descendentes obligationes solvantur, siquidem dissolutà obligatione, actioni quoque locus nullus superest. *th. 3.* ut ita inde discamus illud, *tibi non competit actio*, non secus, quàm scutum ali- quod in adversarium prætere. *Mysf. ad rubr. 1. quib. mod. toll. oblig. n. 2.*

3. Est autem dissolutio contractus, obligationis ex contractu inita liberatio. Contractu enim dissoluto, nulla amplius inde est obligatio: obligatione autem sublata, actioni quoque locus nullus superest, cum contractus sit causa obligationis, seu pariat obligationem *supra exerc. 1. th. 74.* obligatio autem actionem *d. exerc. 1. th. 88.* cessante autem causa, cessat quoque effectus. *c. cum cessante. 60. X. de appellat. l. in omni. 13. ff. de adopt. l. actione. 67. §. item si alicujus. 10. ff. pro socio.*

4. Modi, quibus dissolvuntur, variè distingui solent: Alii enim eos in communes & proprios distribuunt.

5. *Communes* dicunt, qui in omni obligatione locum habent, ex quacunque causa illa sit, sive ex contractu, sive ex delicto. Et hos iterum dicunt esse vel *totales*, qui omnimodam tribuunt liberationem; vel *particulares*, qui vel obligationem tollunt naturalem, civili manente, vel civilem tantùm, manente adhuc naturali. *Vulzei. 1. l. R. cap. 52. n. 3.*

6. *Proprios* vocant, qui vel ex contractu, vel ex delicto descendunt.

7. Sunt qui alios esse dicunt juris naturalis, seu gentium, alios juris civilis.

8. *Jurè gentium* modi duo sunt; solutio. *l. solvere. 53. ff. de solution. princ. 1. quib. mod. toll. oblig. & mutui consensus, §. fin. 1. eod. l. prout. 80. ff. de solut. l. 1. C. quando lic. ab empt. reced.*

9. *Jure Civili* dissolutio fit vel ipso jure, vel ope exceptionis.

10. *Ipso jure* fit quando obligatio omnino extinguitur, ita ut nullæ reliquæ vel naturalis, vel civilis obligationis durent *Mysf. d. rubr. n. 10. 1. quib. mod. toll. oblig.*

11. *Ope exceptionis* dissolutio contractus & inde dependentis obligationis



obligationis fit, quando non sufficit aliquod factum esse, ex quo reus liberari possit, sed requiritur, ut ex isto facto exceptio in iudicio sit opposita. *Trentl. 2. D. 29. th. 1. lit. b.* Seu, quando naturalis obligatio sublata est, & remanet civilis, ex qua adhuc competit actio, quæ tamen per exceptionem eliditur. *Mynf. d. rubr. n. 5.*

12. Modi, quibus ipso jure contractus & inde dependens obligatio dissolvitur, ab ipso Iustiniano, (cujus hæctenus methodum secuti sumus) referuntur quatuor 1. solutio. 2. acceptilatio. 3. novatio, & 4. pœnitentia, seu contrarius consensus, hoc est, dissensus. *t. r. 1. quib. mod. toll. oblig.* de quibus etiam hic principaliter, Deo bene juvante, agemus, reliquos autem, quibus tam ipso jure, quàm ope exceptionis dissolvuntur, breviter & quasi indice digito indicabimus, ne disputatio hæc nimium excrescat, cum singuli modi aliàs singulas & proprias requirerent disputationes.

13. Primus ergo modus, quo ipso jure tollitur contractus ejusque obligatio, ab Imperatore Justiniano refertur *SOLUTIO, princ. 1. quib. mod. toll. oblig. l. Strichum. 95. §. naturalis. 4. ff. de solut. Quod* vocabulum quamvis aliàs quoque generale sit, & omnem actum, quo debitor ab obligatione, qua obstrictus est creditori, liberatur, denotet, & ita magis ad obligationis substantiam, quàm ad numerum solutionem referatur. *l. solutionis. 54. ff. de solution. l. solutionis. 176. ff. de V. S.* Strictè tamen acceptum & hoc loco non quamvis denotat liberationem, sed potius ejus rei, quæ debetur, exsolutionem & præstationem, in qua significatione magis ad numerum solutionem, quàm obligationis substantiam refertur, *ut t. 2. ff. & C. de solut. & ibi Wesemb. in r. n. 1. & colleg. jur. Argent. th. 2. princ. 1. quib. mod. tollit. oblig.*

14. Estque solutio debiti. *princ. 1. quib. mod. toll. oblig. l. solutionis. 176. ff. de V. S.* naturalis & legitimè facta *l. solutam. 49. l. verborum. 107. ff. de solut. l. si se non obtulit. 4. §. solviffe. 7. ff. de re judic. præstatio. d. l. 49. l. pecuniam. 79. l. prout. 80. ff. de solut. & ibi colleg. jur. Argent. th. 3.* Seu, solutio est ejus, quod debetur realis & legitimè facta præstatio. *d. l. l. Vultei. ad princ. 1. quib. mod. toll. oblig. & ibi Harpr. n. 6.* vel, est nihil aliud, quàm rei debitæ per ipsum debitorem, vel alium, ejus nomine creditori idoneo facta actualis satisfactio, *Hering. de fidejuss. cap. 20. §. 1. n. 3.*

Iii 2

15. Solvere

15. Solvere possunt omnes debitores, quibus rerum suarum libera administratio non est adempta. *l. quod si forte. 14. §. 1. l. 15. l. egisti. 84. ff. de solut. etiam reus criminis postulatus. l. sed nec illud. 42. ff. eod. modò non sit crimen perduellionis, læsæ Majestatis vel repetundarum, de his enim criminibus accusati non possunt solvere. l. ex judiciorum. 20. ff. de accusat. l. quinqu. 5. §. emancipationes. 4. l. fin. pr. C. ad L. Iul. Majest.*

16. Non verò solvere possunt illi, quibus legitima rerum suarum administratio est adempta, ut pupilli, furiosi, prodigi sine tutorum vel curatorum consensu & autoritate. *l. quod si forte. 14. §. fin. ff. de solut. l. obligari. 9. §. 2. ff. de auct. tut. l. interdum. 29. ff. de cond. indeb. aded, ut si id, quod solverunt, adhuc extet, vindicare possint, si verò bonafide consumptum, solutionis loco cedat, & pupillus liberetur. d. l. 14. §. fin. ff. de solut. d. l. 9. §. 2. ff. de auct. tut. vel solutum condicere possint, l. non omnis. 19. §. 1. ff. de reb. cred. d. l. interdum. 29. ff. de cond. indeb.*

17. Solvi potest 1. cuius creditori, cui ex obligatione quadam debetur, *l. solutam. 47. & passim. ff. de solut. etiam si criminis sit reus, & in reatu constitutus. l. aufertur. 46. §. in reatu. 6. ff. de jure fisci. l. reo. 41. ff. de solut. 2. creditoris vero procuratori generali seu omnium bonorum. l. vero. 12. pr. l. qui hominem. 34. §. 3. ff. de solut. l. 11. ff. de pact. l. si procurator. 6. pr. ff. de cond. indeb. vel ad exigendum dato, vel speciale ad hoc mandatum habenti. d. l. 12. ff. de solut. vel si verus procurator non sit, dominus postea ratum habeat. d. l. 12. §. fin. l. cum decem. 71. §. 1. 2. & 3. l. ex pluribus. 89. §. 1. ff. de solut. secus autem est, si procurator ad actionem duntaxat, & non etiam ad judicialiter exequendum sit constitutus, huic enim solvi non potest. l. sed si. 13. pr. ff. de pact. l. hoc jure. 86. ff. de solut. confer Bachov. in nor. ad Treutl. 2. D. 29. th. 3. lit. a. vers. procuratori. 3. hæredibus creditoris. d. l. 49. l. si stipulatus. 81. §. 1. l. ante. 104. ff. d. t. 4. prædoni ex suo contractu. l. si urbana. 55. ff. de cond. indeb. 5. solutionis causa adjecto. q. 2. de pupillis, tutoribus & curatoribus, vide q. 3. 6. Creditori creditoris, *l. solutum. 49. ff. de solut.* ita ut si eo ignorante sit facta solutio, non quidem ipso jure, sed ope duntaxat*

taxat exceptionis liberatio contingat. l. si opera. 6. ff. de dol. mal. except. Bach. d. th. 3. lit. a. vers. illud quog.

18. E contra non potest solvi I. alii, quàm ei, cui debetur sine ipsius voluntate. l. nihil. 4. l. invito. 12. C. de solut. nisi eo mandante, vel ratum habente. d. l. 4. & 12. l. solutum. 49. ff. eod. §. item si. 10. I. de mandat. Quando autem debitor ab alio exactus solvens liberetur, vide latè Menoch. 2. A. I. Q. cas. 137. per tot. 2. Reo criminis læsæ Majestatis. l. majestatis. 6. §. 1. C. ad L. Iul. Majest. 3. Neque illis, qui sceleris conscientia perterriti aufugerunt, & qui requirendi adnotati sunt, ne per hoc fuga eorum commeatu instruatur. l. fin. §. fin. ff. de requir. reis vel abs. 4. Bannitis Imperii, arg. R.º. nigl. Landfriedt zu Wormbs. Anno 1495. tit. die Pœen der Friedbrecher. 3. Ordin. Cam. p. 2. t. 9. §. So jemandt. 1. De pupillis & tutoribus vide q. 3.

19. Solvi potest qualibet res, quæ debetur, imò & indebitum solvi potest. l. 1. §. 1. & t. t. ff. de cond. indeb. l. si cum aurum. 50. ff. de solut. Non tamen solvi potest res aliena. l. Cassius. 17. l. si alieni. 78. ff. d. t. quæ tamen usucapta liberationem præstat. l. Iulianus ait. 47. §. fin. ff. mandat. l. is qui alienum. 60. ff. de solut. nec solvi potest res alteri pignori obligata. l. si rem. 20. l. qui res. 98. ff. d. t.

20. Ut autem solutio legitime fiat, requiritur I. ut illud ipsum solvatur, quod debetur, aliud enim pro alio invito creditori solvi nequit l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. l. 4. §. 3. ff. de re judic. princ. 1. quib. mod. toll. oblig. l. si cum. 50. ff. de solut. atque ita pro re debita æstimatio, seu pretium solvi regulariter non potest, cum aliud sit res, aliud ejus pretium. l. 1. ff. de rev. perm. l. eum à quo. 16. C. de solut. l. 1. ff. de contr. empr. Harpr. pr. 1. quib. mod. toll. oblig. n. 7. & seqq. Hunn. V. R. lib. 3. tr. 8. q. 1. Et quidem II. solidum q. 4. III. ut eodem modo, quo debetur, solvatur, atque ita debito & justo loco, alio enim loco invito creditori solvi nequit. l. 2. §. idem Iulianus. 7. l. is qui certo. 9. ff. de eo, quod cert. loc. l. fidejussor. 16. §. 1. ff. de fidejuss. l. obligatione. 9. C. de solut. nisi justa sublit causa. l. usufrus. 8. C. eod. confex t. t. ff. de eo, quod certo loc.

21. IV. Solvi debet justo tempore, quo convenit, q. 5. quod autem purè debetur, statim solvi debet. §. omnis. 2. I. de V. O. l. in

omnibus. 14. ff. de R. I. cum temporis tamen aliquo laxamento, quo fieri possit, non enim statim cum facco adire debet creditor. *l. quod dicimus. 105. ff. de solut. confer supra exerc. 6. th. 36.* Quod sub conditione debetur, id pendente ea, ne volenti quidem creditori utiliter solvitur, & si ante conditionem fuerit solutum, quasi indebitum repeti potest. *l. sub conditione. 16. l. quod si ea. 18. l. qui promisit. 48. ff. de cond. indeb.* ubi tamen si conditio, antequam repetatur, existat, solutio confirmatur *d. l. 16.*

22. V. Ita solvi debet, ut res soluta fiat accipientis. *l. qui sic. 55. l. pecuniam. 79. ff. de solut. l. successores. 10. C. eod.* VI. Solutio fieri debet ex ea causa, ex qua debetur, non aliâ; unde si quis alterius nomine solvere necesse habens, proprio suo nomine solvat, nec seipsum, nec alterum, pro quo solvere debebat, liberat. *l. Casius. 17. ff. de solut. l. cum uxor. 82. ff. de jure dot.* Quod si ex pluribus causis eidem ab eodem debeatur, neque omnis pecunia exsoluta sit, in quam causam pecunia soluta sit referenda, vide *colleg. jur. Argent. lib. 46. t. 3. th. 15. Sichard. in l. 1. C. de solut. Menoch. 3. presum. 136. per tot. Treutl. 2. D. 29. th. 3. lit. c. & ibi Hunn. in ref. Bocer. clas. 4. D. 19. th. 44. & seqq.*

23. Finis & effectus solutionis est, quod obligatio tollatur. *princ. I. quib. mod. toll. oblig.* solutione enim ejus, quod debetur omnis tollitur obligatio. *d. pr.* five ea sit naturalis. *l. Stichum. 95. §. naturalis. 4. ff. de solut.* five civilis. *l. creditori. 5. C. de pact. five principalis. d. l. 95. §. 4. five accessoria. l. in omnibus. 43. ff. de solut. l. Granius. 71. ff. de fidejuss.* Tollitur autem obligatio per solutionem ipso jure, & non demum ope exceptionis. *d. l. 95. §. 4. ff. de solut. d. l. 5. C. de pact. Bocer. clas. 4. D. 19. th. 43. lit. b.* Affinis solutioni est in solutum datio, qua an & quatenus obligatio tollatur, vide *Hering. de fidejuss. cap. 20. §. 21. per tot.*

24. Alter modus, quo tollitur obligatio, est ACCEPTILATIO. *§. item per acceptilationem. 1. I. quib. mod. toll. oblig.* qui modus civilis est, ut solutio naturalis, *l. verborum. 107. ff. de V. O. l. actus legitimi. 77. ff. de R. I. Harpr. d. §. 1. n. 1. & seq. Treutl. 2. D. 29. th. 4. lit. a. & ibi Hunn. in resol. q. 12. & Bachov. in not. Treutl. 2. D. 27. th. 1. lit. c.* & ita dicitur ab acceptum ferendo, seu, quod sit confessio quasi

quasi rei acceptæ: acceptum enim ferre est confiteri se accepisse, quod non accepit, *Wesemb. ad d. §. 1. n. 1. & ibi Heig. n. 3. & Harpr. n. 3. l. quib. mod. toll. oblig.* debitor enim, qui acceptilatione sese liberat, nihil revera solvit, sed verbis perinde quasi debitum præstiterit, liberatur. *l. si ex pluribus. 16. in fin. pr. ff. de acceptil. l. non solum. 7. §. 1. ff. de liberat. legat.*

25. Hinc acceptilatio definitur, quod sit imaginaria solutio. *§. 1. l. de quib. mod. toll. oblig.* seu, est liberatio per mutuam interrogationem, qua utriusque contingit ab eodem nexu solutio, *l. 1. ff. de acceptilat. Treutl. d. th. 4. lit. b. & ibi Hunn. in resol. q. 13.*

26. Estque alia simplex, alia quæ fit per Aquilianam stipulationem. *§. 1. & 2. l. quib. mod. toll. oblig.*

27. Simplex est, qua verborum saltem obligatio sine adminiculo novationis tollitur. *d. §. 1. l. quib. mod. toll. oblig. l. 8. §. 3. ff. de acceptil.*

28. Acceptilatio quæ per Aquilianam stipulationem fit, est, quæ alia quævis obligatio per novationem in stipulationem, seu verborum obligationem prius transfusa postea per acceptilationem tollitur. *d. §. 1. & 2. l. quib. mod. toll. oblig. confer th. 33.*

29. Acceptum ferre potest solus creditor, ejusque hæredes & honorarii successores. *l. & per jusjurandum. 13. §. pen. ff. de acceptil. uti & pupillus tutore auctore. l. 1. C. eod.*

30. Non autem acceptum ferre potest tutor, curator, & procurator; *q. 6. nec pupillus sine tutore. l. 1. C. de acceptil. nec maritus uxori donationis causa. l. si sponsus. 5. §. 1. ff. de donat. inr. vir. & uxor.*

31. Acceptum ferri potest, 1. ipsi soli debitori, qui obligatus est, *l. an inutilis. 8. §. fin. d. l. 13. §. 10. ff. de accept.* 2. ejusque hæredibus, *d. l. 13. §. 11. 3.* & si ex pluribus reis stipulandi unus acceptum fecerit, liberatio contingit in solidum, *d. l. 13. §. fin. l. si ex pluribus. 16. pr. ff. d. r. l. 2. ff. de duob. reis.* 4. filiosam, *l. 8. §. fin. ff. de accept.* 5. pupillo sine tutore, *l. 2. ff. d. r. 6. fidejussori. l. fin. pr. ff. quæ in fraud. credit.*

32. Non verò acceptum ferri potest ei, qui nec debet, nec debitori acquirit, *l. 8. §. fin. ff. de accept.* atque ita nec tutori, curatori

&

& procuratori, nisi prius novatio sit facta. *d. l. 13. §. 10. ff. d. r.*

33. In acceptilationem deduci potest obligatio, quæ solis verbis est contracta, cum enim acceptilatio solis verbis fieri possit. *th. 36.* consequens inde est, per eam illas duntaxat obligationes tolli, quæ verbis, non etiam quæ re, literis aut consensu constant. *l. an inutilis. 8. §. 3. l. nisi consentiat. 14. ff. de acceptil. l. prout. 30. ff. de solut. §. 1. vers. quo genere. l. quib. mod. toll. oblig. l. nihil tam naturale, 35. ff. de R. l.* Reliquæ verò obligationes acceptilatione non tolluntur, nisi per Aquilianam stipulationem prius sint peremptæ, & in verborum obligationem mutatæ, & secuta deinde verborum obligatio acceptilatione tollatur, §. 1. & 2. *l. quib. mod. toll. oblig.* Cum enim acceptilatio verborum tantum obligationem tolleret, excogitatus est à Gallo Aquilio ( unde etiam Aquiliana dicitur stipulatio. §. 2. *l. quib. mod. toll. oblig.* ) modus & forma, per quam omnes obligationes aliæ, ex quibuscunque contractibus & causis ortæ, per acceptilationem quoque tollantur, idque ita, ut scilicet reliquæ obligationes, siue sint ex contractu, siue quasi contractu, siue delicto, siue quasi delicto. *l. & uno. 18. per tot. ff. de acceptil. l. 2. l. fin. C. eod. l. 4. C. de transact. l. si in stipulatum. 17. ff. de donat. §. 2. l. quib. mod. toll. oblig.* in stipulationem deducantur, atque ita per solennitatem verborum noventur, & postea acceptilatione extinguantur, ut ita illibata maneat regula; obligationes solennitate verborum contractas, solennitate verborum rursus perimi, *Harpr. d. §. 1. & 2. n. 12. & seq. l. quib. mod. toll. oblig.*

34. Non solum autem obligatio principalis, sed etiam acceptio, ut fidejussio, per acceptilationem tollitur, aded ut acceptilatio fidejussori facta, non solum fidejussori, sed etiam reo profiti, *l. & per jusjurandum. 13. §. si fidejussori. 7. l. si ex pluribus. 16. §. 1. ff. de acceptil. Hering. de fidejuss. cap. 20. §. 5. n. 4. & seq.*

35. Una quoque obligatio ex pluribus, vel plures, vel omnes una acceptilatione tolli possunt, *l. pluribus. 6. l. & uno. 18. pr. ff. de accept. l. si unus. 27. §. sed si stipulatum. 6. ff. de pact. uti & pars. l. pars. 9. l. 10. l. 13. §. 2. l. qui hominem. 17. ff. de accept. §. 1. in fin. l. quib. mod. toll. oblig. modò debitum divisionem recipiat. d. l. 13. §. 1. & 2. Harpr. d. §. 1.*

§. 1. n. 25. Illud ipsum autem, quod debetur, non aliud acceptum ferri potest. d. l. 13. §. eum qui. 5. ff. de accept.

36. Ut acceptilatio legitime fiat, requiritur I. ut fiat verbis. l. an inutilis. 8. §. 3. ff. de accept. iisque solemnibus. l. 1. c. d. r. confer th. 33. Nihil autem refert qualiter fiat. d. l. 8. §. fin. ff. d. t. §. 1. vers. sed & grat. 1. quib. mod. toll. obl. II. Requiritur consensus l. nisi consentiat. 14. ff. de accept. III. Fieri debet pure; non enim fieri potest sub conditione. l. 4. ff. d. t. vel in diem. l. 5. ff. eod. l. intra illum. 4. ff. de pact. l. actus legitimi. 77. ff. de R. l. cum sit actus legitimus, qui in diem vel sub conditione fieri nequit. d. l. 77. Illud tamen, quod in diem vel sub conditione debetur, acceptilatione tolli potest. l. quod in diem. 12. l. si sub conditione. 21. ff. de accept. l. sub conditione. 16. ff. de solut. atque ita dies & conditio tacite insunt ex ipsa re, & non acceptilationi. d. l. 77. ff. de R. l. arg. l. interdum 73. pr. ff. de V. O. Gædd. de contr. stip. c. 12. n. 26. confer Trentl. 2. D. 29. th. 4. lit. f. g. & h. & ibi Hunn. in resol. q. 17.

37. Finis & effectus acceptilationis est, quod per eam tollatur obligatio & actio. §. 1. l. quib. mod. toll. obl. l. actione. 4. C. de transf. & contingat liberatio, veræque solutionis vim & effectum habeat. l. 5. l. & per iusjurandum. 13. §. 4. §. fin. l. si ex pluribus. 16. pr. ff. de accept. l. verborum. 107. ff. de solut. l. non solum. 7. §. 1. ff. de liberat. leg. Ubi notandum, quod inutilis acceptilatio utile habeat patet. q. 7.

38. Affinis acceptilationi est apocha, ubi tamen hoc interest, quod acceptilatione omnimodò liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit, apocha non aliàs, quàm si pecunia soluta sit. l. si accepto. 19. §. 1. ff. de acceptil.

39. Tertius modus, quo tollitur obligatio refertur ab Imp. Justiniano NOVATIO. §. praterea. 3. l. quib. mod. toll. oblig. à nova obligatione, quæ per eam priore peremptà contrahitur, sic dicta. l. 1. pr. ff. de novat.

40. Est autem novatio prioris debiti in aliam obligationem, vel civilem, vel naturalem transfusio atque translatio. l. 1. pr. ff. de novation. Gædd. de contr. stipul. c. 5. n. 49. & seqq. Vel, est per stipulationem vel personæ, vel rei debitæ facta mutatio. Trentl. 2. D. 29. th. 5.

th. 5. & ibi Hunn. in resol. Quarum illa, quæ personæ fit mutatio-  
ne, delegatio; hæc autem, quæ per rei novationem fit, novatio in  
specie appellatur. Treutl. d. th. 5. lit. b. atque ita novatio alia est in  
specie ita dicta; alia delegatio, & sic delegatio est species novatio-  
nis Sichard. in rubr. C. d. novat. n. 2.

41. Novatio in specie sic dicta, est debiti, seu prioris obligatio-  
nis in novam obligationem per stipulationem facta translatio, qua  
vetus obligatio absque novæ personæ intervenitu perimitur. Treutl.  
d. th. 5. lit. c. Atque hæc vel est voluntaria, quæ etiam extrajudici-  
alis dicitur, vel necessaria, quæ & judicialis dicitur, q. 8.

42. Voluntaria est, quæ fit stipulatione libero consensu eorum,  
inter quos res agitur, citra ullam judicii accepti necessitatem, l. 1.  
§. 1. l. delegare. 11. §. 1. l. aliam causam. 29. ff. de novat. l. 1. C. eod. §.  
præterea. 3. 1. quib. mod. toll. oblig. Bocov. clas. 4. D. 19. th. 96. lit. b.

43. Necessaria est, quæ fit per litis contestationem judicio ac-  
cepto, & datur in invitum, vide q. 8.

44. Novare potest ipse creditor, vel alius, si creditore volente  
stipuletur. l. si Stichum. 8. §. fin. l. servus. 16. l. novare. 20. pr. ff. de no-  
vat. vel creditor ratum habeat. l. si quis absente. 22. ff. eod. uti & unus  
è duobus reis credendi. q. 10.

45. Non verò novare potest 1. pupillus sine tutoris au-  
thoritate. l. novare. 20. §. 1. ff. de novat. & prodigus, nisi conditio-  
nem suam fecerit meliorem. l. 3. ff. d. t. confer exerc. 1. 2. procura-  
tor sine speciali mandato. l. non abstulit. 4. C. eod. 3. filiusfam. &  
servus, ne quidem obligationem peculiarem. l. servus. 16. l. non ideo.  
25. ff. de novat. l. 27. pr. ff. de pact. nisi liberam peculii habeant ad-  
ministrationem. l. fin. pr. ff. eod. l. huic. 21. ff. de jurejur. l. libera. 48. §.  
1. ff. de pecul. Bachov. in not. Treutl. 2. D. 29. th. 5. lit. d.

46. Novari possunt 1. regulariter omnes res & obligationes.  
l. 2. ff. de novat. l. Aquiliana. 4. ff. de transact. nec refert qualis obliga-  
tio præcesserit, utrum naturalis, an civilis, an honoraria; & utrum  
verbis, an re, an consensu contracta sit, l. 1. §. 1. l. 2. ff. de novat. vel  
num præsens sit, vel futura l. si Stichum. 8. §. 2. ff. eod. Et non tan-  
tùm novari 2. potest obligatio principalis, sed etiam accessoria,  
ut fidejussio. l. fin. ibi: vel cautionem. C. d. t. arg. d. l. 1. & 2. ff. eod.

Gædd.



*Gedd. d. c. 5. n. 40. & seqq. Harpr. d. 5. praterea. 3. n. 24. & seqq.* Non tamen per obligationem fidejussoriam obligatio principalis novatur, siquidem hoc non agitur, ut novetur, sed potius ut fidejussor obligationi priori accedat, *l. si ira. 6. ff. de novat.* quamvis novatione fidejussio tollatur. *l. ubicunq. 60. ff. de fidejuss. l. novatione. 4. C. eod. Hering. de fidejuss. c. 20. §. 3. n. 3. & seqq. 3.* Novari quoque potest obligatio ex causa judicati. *l. si in stipulatum. 17. ff. de donat. l. si se non obrulit. 4. §. 4. ff. de re judic.* quamvis stipulatione judicati solvi actio judicati non novetur, quia hoc solum agitur ea stipulatione, ut fidejussoribus cautum sit, non ut ab obligatione judicati discedatur. *d. l. 8. §. 3. ff. de novat.*

47. Ut novatio legitime procedat requiritur ut I. animus novandi specialiter exprimat. *l. fin. C. de novat. vide q. 11.* II. Ut in novatione, seu posteriore stipulatione, quæ sit absque novæ personæ interventu, aliquid sit novi, fortè conditio, aut dies, aut fidejussor adjiciatur, aut detrahatur. *§. praterea. 3. vers. sed si eadem. l. quib. mod. toll. oblig.*

48. Potest quoque fieri vel purè, vel in diem, vel sub conditione. *l. in diem. 5. l. si Stichum. 8. §. 1. l. 9. §. 1. l. quotiens. 14. pr. l. si rem. 31. pr. ff. de novat. l. fin. C. eod. l. Iulianus. 60. §. 1. ff. de cond. indeb. confer colleg. jur. Argent. lib. 46. tit. 2. th. 11.*

49. *Finis & effectus novationis est* I. quod prior obligatio tollatur, & ex posteriori obligatione teneaturis, qui novavit. *l. 1. pr. §. 1. & t. 1. ff. de novat. §. praterea. 3. l. quib. mod. toll. oblig.* II. Voluntariâ novatione liberatur pignus. *l. solutum. 11. §. 1. ff. de pign. act. l. novatione. 18. l. Paulus. 30. ff. de novat. l. un. pr. C. etiam ob chirograph. pec. pign. non tamen temporis jus per novationem in pignoribus mutatur. l. 3. pr. ff. qui pot. in pign. & ibi Bart. Neguz. de pignor. part. 5. memb. 2. n. 13. Gail. 2. obs. 30. n. 10.* ubi ita in Camera Imper. judicatum refert. Necessariâ quoque, seu per litis contestationem factâ novatione pignus non liberatur, quod proprium est necessariæ novationis. *l. grege. 13. §. etiam. 4. ff. de pignor. & hypot.* Neque novatione pignus liberatur, si ut illud duret novando convenerit. *d. l. 11. §. 1. ff. de pign. act. d. l. un. C. etiam ob chirogr.* III. Novatione voluntariâ factâ usuræ amplius non currunt. *d. l. 18. l. emptor. 27.*

*ff. de novat. l. fin. pr. vers. si enim novatur. C. de usur. rei judic. quod  
itidem fecus est in novatione necessaria, l. 1. C. de judic. l. lite. 35. ff.  
de usur.*

50. DELEGATIONEM quod attinet, illa duobus diversis perficitur actibus, mandato scilicet, & stipulatione. Primus actus inter debitorem principalem, & debitorem secundum, seu debitoris peragitur, ut si e. g. ego debitor principalis mandem debitori meo, ut quod mihi debet promittat & solvat creditori meo: Et hic actus solo consensu perficitur, unde etiam nutu, vel scriptura expediri potest. *l. delegare. 17. ff. de novat.* Atque ita in hoc actu primo duo interveniunt debitores, quorum unus quoque est creditor, qui delegat, & vocatur delegans, alter vero, qui delegatur, seu alieno nomine solvere rogatur, & dicitur delegatus. *Sichard. ad rubr. C. de novat. n. 15.* Secundus actus inter delegatum & creditorem delegantis, cui solvere est iustus, peragitur, eoque delegatus creditori isti per stipulationem promittit solvere, quod delegans debet; ut si e. g. debitor meus creditori meo per stipulationem promittat, soluturum id, quod ego ipsi debeo: Et huiusmodi actus non nisi stipulatione expediri potest. *confer th. 57.* Et sic duæ quodammodo videntur intervenire novationes. *Sichard. d. n. 15. & seq. Hunn. in res. Treutl. 2. D. 29. th. 6. pr.*

51. Priori actu facta delegatio nihil aliud est, quam mandatum, quo creditor debitorem jubet id, quod sibi debet alteri promittere. *Treutl. d. th. 6.*

52. Secundo actu facta delegatio definiri potest, quod sit debiti, seu obligationis in novam per stipulationem *th. 57.* facta translatio, qua vetus obligatio nova persona interveniente perimitur. Delegatio enim non aliter fit, quam si nova persona interveniat. *d. §. 3. l. 2. C. de novat. l. 11. pr. ff. eod. & ibi Wesemb. in π. n. 8. Sichard. in rubr. C. eod. n. 17.* cum delegare sit vice sua alium reum dare creditori, vel cui is iusserit. *d. l. 11. pr.*

53. Differt autem delegatio à novatione in specie sic dicta 1. in eo, quod novatio fiat absque novæ personæ interventu. *th. 41.* delegatio autem non aliter, quam si nova persona interveniat. *Sichard. d. n. 17. 2.* Delegatio semper inest novatio. *l. 2. C. de novat.*

novat.

novat. §. 3. I. quib. mod. toll. oblig. Wesemb. d. n. 8. Sichard. d. n. 17. non autem novationi semper inest delegatio, cum hæc absque nova persona interveni fieri nequeat, th. 52. illa verò etiam si nova persona non interveniat, fieri possit. Wesemb. Sichard. d. l. l.

54. Quemadmodum novatio, ita & delegatio alia est voluntaria, alia necessaria, de quo vide th. 41. & seqq. & q. 8.

55. Delegare possunt omnes illi, qui & novare, ut quilibet creditor, qui liberam rerum suarum habet administrationem. Et contra non possunt delegare, qui nec possunt novare, vel bonorum suorum non habent legitimam administrationem, confer colleg. jur. Argent. lib. 46. tit. 2. th. 16. & seq.

56. Delegari potest 1. omnis debitor, qualis est is, qui se exceptione tueri potest contra delegantem. l. si quis delegaverit. 12. l. doli. 19. ff. de novat. 2. etiam debitor communis ab uno correorum credendi. l. si rem. 31. in fin. ff. eod. 3. delegari quoque potest donatum. l. si Titius. 33. ff. d. t. non tamen delegari potest inter conjuges donationis causa. l. vir uxori. 39. ff. de donat. inter vir. & uxor. Neque etiam debitor invitus delegari potest. l. i. & ibi Sichard. l. nec creditoris. 6. C. de novat. quamvis actionem quam adversus ipsum habeo eo etiam invito vendere vel cedere possim. d. l. i. C. de novat. & ibi Sichard. ubi n. 3. hanc diversitatis reddit rationem, quod delegatio fiat per stipulationem, quæ consensus requirit. colleg. jur. Argent. lib. 46. t. 2. th. 18. n. 10. Treutl. 2. D. 29. th. 7. lit. d. & ibi Hunn. in resol. & V. R. lib. 4. p. 7. q. 4.

57. Ut delegatio legitimè fiat requiritur I. ut illa, quæ secundo actu perficitur, fiat stipulatione interveniente. l. delegare. 11. §. 1. ff. de novat. l. i. 2. & 3. C. eod. §. præterea. 3. I. quib. mod. toll. oblig. Sichard. d. rubr. n. 15. & 16. C. d. t. illa autem quæ primo actu perficitur, etiam nudo consensu, vel voce, vel scriptura fieri potest. d. l. 17. ff. d. t. II. Delegatio fieri debet expressè. q. 11. in fin.

58. Fieri quoque potest delegatio sub conditione, quæ si deficiat, deficit quoque delegatio. l. pecuniam. 36. ff. de reb. cred. uti & per litis contestationem fieri potest. d. l. i. §. 1. ff. de novat. confer q. 8.

59. Finis & effectus delegationis est, quod delectantipariat liberationem.

rationem, & vetustior contractus tollatur. l. 2. l. 3. in fin. C. de novat. l. 1. pr. ff. eod. §. praterea. 3. l. quib. mod. toll. oblig. unde etiam actiones cedi debent. d. l. 3. C. d. t.

60. Tollitur autem prior obligatio per hujusmodi novationem ipso jure. d. §. praterea. 3. l. quib. mod. toll. oblig. l. 2. C. de novat. l. qui debitorem. 18. ff. de fidejuss.

61. Quartus & ultimus modus, quo ipso jure obligatio tollitur, ab Imper. Justiniano refertur PŒNITENTIA, seu dissensus, id est, contrarius consensus. §. fin. l. quib. mod. toll. oblig.

62. Et quidem quod attinet obligationes, quæ consensu perficiuntur, contraria utriusque partis voluntate, re adhuc integrâ, dissolvi, non est dubium. d. §. fin. l. quib. mod. toll. obl. l. ab emptione. 58. ff. de pact. l. prout. 80. ff. de solut. l. 1. & 2. C. quand. lic. ab empt. reced. siquidem nihil tam est naturale, quàm eo genere quidque dissolvere, quo colligatum est. d. l. 80. ff. de solut. l. nihil tam. 35. ff. de R. I. vide Bocer. d. D. 19. & seqq. Res autem hoc loco adhuc integra intelligitur, quando nihil vel datum, vel factum, ut puta quando e. g. in emptione & venditione neque pretium solutum, neque res est tradita. d. §. fin. l. quib. mod. toll. oblig. l. 2. l. 3. l. cum emptor. 5. §. 1. ff. de rescind. vend. Quot autem modis aliàs res adhuc integra esse dicatur, vide remissivè Hering. de fidejuss. c. 20. §. 11. n. 3.

63. Quod si autem res non fuerit amplius integra, pœnitentiæ non erit locus, nec solo utriusque dissensu, seu contraria voluntate contractus tollitur. l. 1. & 2. C. quando lic. ab empt. reced. sed tum demum, si restituantur ea, quæ tradita sunt, d. l. ab emptione. 58. ff. de pact. atque ita actus retro agatur. d. l. 1. C. quand. lic. ab empt. reced.

64. Unius contrahentium pœnitentiæ & voluntate tum demum solvitur contractus & obligatio, si res adhuc sit integra, & alterius interesse nondum cœperit. arg. §. rectè quoque. 9. l. de mand. dat. l. si procuratorem. 8. §. mandati. 6. ff. eod. l. 1. §. sed ego quero. 2. ff. quod jussu. Quod si verò res non amplius sit integra & alterius interesse cœperit, alter altero invito à contractu & obligatione non potest recedere. d. l. 8. §. 6. l. si quis. 27. §. 2. ff. mand. negotii enim gesti pœnitentiæ actum vel contractum rectè habitum non constituit irritum.

irritum. l. eo quodd. 10. C. si cert. per. l. quamvis. 39. C. de transact. l. sicut. 5. C. de O. & A. l. apud Aufidium. 20. ff. de opt. legat. l. in commo-  
 dato. 17. §. sicut. 3. ff. commodat. unde vulgo traditur voluntatis mu-  
 tationem, seu consensus revocationem, quadrifariam impediri,  
 scilicet si vel is, qui consensus, alteri obligatus est, vel si alteri jus  
 est quæsitum, vel si res non est integra, vel si voluntas traxit secum  
 executionem. Bald. ad l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solut.  
 matr. & ibi Angel. Castrens. Imol. Alex. & alii. Hering. de fidei. c. 20. §.  
 33. n. 17. Sunt enim contractus ab initio voluntatis, ex postfacto  
 autem fiunt necessitatis. d. l. sicut. 5. C. de O. & A. Atque ita tam-  
 diu mutare voluntatem licet, quamdiu ab altera parte non acceptatur,  
 postquam autem acceptata, vel res non amplius integra est,  
 aut pars præparatoria quædam extrinseca jam fecit, tum mutare  
 consilium in alterius injuriam vel detrimentum non licet. l. in  
 causa. 27. ff. de procurat. l. nemo potest mutare. 75. ff. de R. l. l. debent. 6.  
 C. de fideicom. libert. c. quod semel. 21. c. mutare. 33. de R. l. in 6. confer  
 Hering. de fidei. c. 6. n. 13. & seqq.

65. Quotiens autem penitentia, vel contraria voluntate con-  
 tractus principalis dissolvitur, toties etiam dissolvitur obligatio  
 accessoria, ut fideiussio. l. 3. ff. de rescind. vend. l. Stichum. 95. §. fin. ff.  
 de solut. quia principali sublato accessorium amplius subsistere ne-  
 quit. l. nihil dolo. 129. §. 1. l. cum principalis. 178. ff. de R. l. Hering. d.  
 6. 20. §. 11. n. 2.

66. Præter quatuor illos ab Imp. Justiniano in tit. I. quib. mod.  
 toll. oblig. relatos, & hæctenus breviter à nobis recensitos modos,  
 contractus & obligationes inde dependentes tolluntur etiam aliis  
 quamplurimis modis, quorum præcipuos indigitalse hîc nobis  
 sufficiat. Atque ita V. tollitur obligatio LIBERATIONE, ut  
 si creditor debitori liberationem in testamento leget, tum enim  
 creditoris hæres petere illud debitum non potest, sed debitor ab  
 obligatione liberatur. l. 1. pr. §. 1. l. 2. §. 1. l. 3. pr. §. fin. l. si quis in te-  
 stamento. 15. l. cum ita. 19. l. Aurelius. 28. §. Stich. 7. §. eum qui. 10. &  
 t. t. ff. de liberat. legat. §. si quis debitori. 13. l. de legat. l. si creditoris. 17.  
 C. de fideicom. ita ut debitor ab hærede conventus doli mali ex-  
 ceptionem opponere. l. dolo facit. 8. §. 1. l. fin. §. 1. ff. de dol. mal. excepr.  
 vel,

vel, si non petatur, actione ex testamento ad liberandum agere possit. *d. l. 8. §. 1. ff. de dol. mal. except. l. 2. pr. l. 3. §. 3. l. 4. l. 6. §. 1. l. non solum. 7. §. 1. & fin. ff. de liber. leg.* Et non solum ipse debitor principalis, sed etiam ejus fidejussor liberatur. *d. l. 2. pr. l. si quis reum. §. pr. ff. eod. l. si testamento. 49. pr. ff. de fidejuss. Hering. de fidejuss. c. 20. §. 8. n. 1.* Quamvis autem liberationis verbum eandem vim habere, quàm solutionis, dicatur in *l. liberationis. 49. ff. de V. S.* solutio tamen differt à liberatione tanquam causa ab effectu, & propriè solutio fit nummis *th. 13.* & præstatione reali ejus, quod debetur, liberatio verò multis aliis modis, ut acceptilatione, delegatione, novatione, confusione, compensatione, &c. perficitur, *confer colleg. jur. Argent. lib. 46. tit. 3. th. 1. & 16. & seqq.* Solutio quoque semper ab obligatione receditur, liberatione verò non semper, sed aliquando unà personà ab obligatione liberatà, obligatio in alium transfertur. *Sichard. in rubr. C. de solut. per tot.*

67. VI. CONFUSIONE quoque tollitur obligatio, *l. sicut acceptilatio. 75. ff. de solut. l. si id, quod. 21. §. 1. ff. de liberat. legat. l. debitori. 50. l. Granus. 72. pr. ff. de fidejuss.* Est autem confusio species liberationis civilis, cum jus creditoris & debitoris in eandem personam devenit. *l. verborum. 107. ff. de solut. Bocer. clas. 4. D. 19. th. 12.* ut si debitor creditori. *l. hæres. 21. §. 3. ff. de solut. vel creditor debitori hæres extiterit. l. sicut. 75. d. l. 95. §. 2. ff. de solut. l. debitori. 7. C. de pact. l. debitori. 50. ff. de fidejuss. vide Hering. de fidejuss. c. 20. §. 16. per tot. Gæd. de contrab. stip. c. 12. n. 89. & seq. colleg. jur. Argent. d. lib. 46. tit. 3. th. 21. & seq. Bocer. clas. 4. D. 19. th. 12. & seqq.*

68. VII. COMPENSATIONE; unusquisque enim creditorem suum eundemque debitorem petentem summovet, si paratus est compensare. *l. 1. ff. de compens.* cum nihil interfit solverit debitor, an compensaverit. *l. si debitor. 4. ff. qui pot. in pign.* atque ita compensatio pro solutione est. *l. si constar. 4. C. de compens. & dedisse intelligitur, qui compensavit. l. dedisse. 76. ff. de V. S.* Est autem compensatio debiti & crediti inter se contributio. *l. 1. ff. de compensat. vide Bocer. d. D. 19. th. 67. & seqq.*

69. VIII. OBLATIONE & depositione quoque pecunie debita solemniter & legitimè facta obligationem tolli, patet *exerc.*

4. th. 19. Fidejussor quoque presentatione Rei principalis liberatur, vide latè Hering. de fidei. c. 20. §. 9. per tot. Bocer. d. D. 19. th. 56.

70. IX. Solvitur obligatio INTERITU REI in specie debita sine mora & culpa debitoris contingente. l. si mihi. 92. pr. l. Stichum. 95. §. 1. l. verborum. 107. ff. de solut. l. si ex legati. 23. & seq. l. si Stichus. 33. l. si certos. 37. l. inter. 83. §. 7. l. si servum. 91. §. 3. ff. de V. O. l. item si. 14. §. quid si homo. 11. ff. quod met. l. sicut. 3. pr. ff. quib. mod. pign. solv. Hering. d. c. 20. §. 27. n. 2. & seq. vide colleg. jur. Argent. d. lib. 46. tit. 3. th. 31. & seq. Bocer. class. 4. D. 19. th. 4. & seq.

71. X. MORTE quoque non solum naturali aliquando tollitur obligatio, ut in societate, supra exerc. 10. th. 33. n. 3. & mandato. d. exerc. 10. th. 61. n. 4. (fidejussoria quomodo morte tollatur, vide Hering. d. c. 20. §. 10. per tot.) sed etiam civili, ut CAPITIS DIMINUTIONE, l. fin. ff. de duob. reis. l. 2. §. hi. qui. 2. l. 8. ff. de capit. minut. Bocer. class. 4. D. 19. th. 11. obligatio scilicet civilis, non verò naturalis. l. 2. §. 2. l. eas. 8. ff. eod. eaque maxima, ut si liber homo servus fiat, cum hoc enim nulla civilis obligatio consistere potest. l. in personam. 22. ff. de R. I. media, ut deportatione. l. 1. C. d. fidejussor. l. si debitori. 47. pr. ff. eod. & minima, ut emancipatione, cum enim emancipari nemo possit, nisi in imaginariam servilem causam deductus l. 3. §. 1. ff. de cap. min. in servilem autem personam non possit cadere civilis obligatio. d. l. 22. ff. de R. I. ideoque hac obligationem civilem tolli, non est dubium. l. 2. §. 2. ff. de cap. min. unde etiam in integrum restitutio nata est, ita ut in eos, qui capite sunt minuti, atque ita obligatione liberati, creditoribus actio restituitur, quasi capitis deminutio facta non sit. l. 2. §. 1. & t. r. ff. de capit. min. quod tamen ad eas capitis diminutiones spectat, quæ salva civitate contingunt. d. l. 2. pr. maxima enim & media capitis deminutione obligationes ita extinguuntur, ut resuscitari ac restitui non possint. l. tutelæ. 7. §. fin. ff. d. t. Arrogatione quoque tolli obligationem, patescere videtur ex d. l. 2. §. ei. 4. & l. liberos. 3. ff. eod. unde etiam arrogator filii nomine respectu harum obligationum conveniri, vel, si eum defendere nolit, creditoribus ut bona vendant, permittere teneri dicitur, §. fin. l. de assignat. per adrog.

*colleg. iur. Argent. lib. 4. t. 5. th. 14. confer Hering. d. c. 20. §. 24. per tot. & Bachov. in not. Treutl. 2. D. 29. th. 1. lit. k.* Quamvis adrogati durante adrogatione si contraxerint, perinde obligentur, ac reliqui filiifam. d. l. 2. §. 2. in fin. ff. de cap. min. l. filiusf. 39. ff. de O. & A.

72. Tollitur potèd XI. obligatio CONTRACTUS ALTERNATIONE, ut si, quod ex causa depositi, commodati, vel mandati aliquis debet, id ei brevi quasi manu mutui causa concedatur, tunc enim prior contractus & obligatio tollitur, & mutuum contrahitur. l. singularia. 15. ff. de reb. cred. vide supra exerc. 2. q. 13. confer Hering. de fideiuss. d. cap. 20. §. 25. per tot. Gædd. d. c. 12. n. 85.

73. XII. DONATIONE; ut si creditor debitum donet, tollitur obligatio, & donatio æquè debito liberat, ac solutio. l. si majores. 25. l. cum donationis. 34. C. de transact. l. cum hic status. 32. §. five autem. 23. ff. de donat. int. vir. & uxor. aded, ut si creditor instrumentum obligationis debitori donaverit, vel reddiderit, res ipsas in eo contentas, & actiones competentes donasse censeatur, l. 1. C. de donat. vide supra exerc. 5. q. 19. Hering. d. c. 20. §. 28. n. 3. & seq. Gail. 2. obs. 37. n. 10.

74. XIII. CONFISCATIONE, seu bonorum ademptione, si enim debitori omnia sua bona adempta sunt, tollitur ejus obligatio, l. si debitori. 47. ff. de fideiuss. nec à creditoribus, nec publico nomine conveniri potest. l. 2. ff. de sent. pass. & restit. l. 2. pr. ff. de capit. minut. is enim, cujus bona publicantur, pro mortuo habetur, & alius in ejus succedit locum. §. publicatione. 7. l. de societ. fiscus nimirum, in quem transfertur obligatio & actio, ita ut tanquam hæres debitoris conveniri possit, & jure utatur ejus, cui successit. l. fiscus. 6. pr. ff. de jure fisc. l. 2. C. de fiscal. usur. atque ita satis facere teneatur creditoribus, sicut hæres. l. si marito. 31. pr. l. 36. ff. solut. matr. l. 2. §. 1. ff. de aliment. legat. l. si tutor. 9. §. sed & si. 6. ff. de tutel. & rat. distr. l. in factio. 60. §. 1. ff. de condit. & dem. l. cum de. 6. §. 1. ff. de usur. l. 2. in fin. pr. ff. de cap. min. l. si ut proponis. 5. C. de bon. proscript. l. 2. C. ad L. Iul. de vi publ. l. 2. C. solut. matr. Gail. 2. obs. 86. n. 6. Peregrin. de jure fisc. lib. 5. tit. 1. n. 66.

75. XIV. BANNŌ, seu proscriptione Imperiali, tollitur obligatio.



gatio, Köntigl. Landfr. zu Wormbs de anno 1495. tit. die Peen der Friedbrecher. 3. Ordn. des Landfr. zu Wormbs anno 1511. tit. die Peen aller friedbrecher. 3. Kayf. Landfr. zu Augsp. anno 1548. tit. die Peen der Friedbr. 3. Ord. Cam. p. 2. r. 9. §. So jemandt. vers. So baldt. Gail. 2. P. P. 1. n. 23. & cap. 12. n. 5.

76. XV. CESSIONE bonorum, nam qui bonis cessit neque agere, neque conveniri potest. l. item si unus. 17. pr. ff. de recept. qui arbit. quatenus scilicet creditores solidum sunt consecuti, aliàs verò si quid post cessionem acquirerit, de eo convenitur, quantum facere potest, deducto scilicet ne egeat. l. is qui. 4. ff. de cess. bon. l. 1. l. cum & filius. 7. C. qui bon. ced. poss. §. fin. l. de act. Gail. 1. obs. 43. n. 20.

77. XVI. TRANSACTIONE. l. fidejussores. 68. §. fin. ff. de fidejuss. cum transactio non habeat minorem vim, quàm res iudicata & jusjurandum. l. non minorem. 20. C. de transact. l. 2. ff. de jurej. ita ut obligationem seu litem transactioe semel finitam restaurare non liceat. l. cum te. 5. l. fratris. 10. l. interpositas. 13. l. sanum. 27. C. de transact. & debitor, seu reus conventus se exceptione transactioe, vel pacti tueri possit, si pacto facta fuerit transactio. l. cum proponas. 21. C. de pact. l. cum proponas. 17. l. 19. l. si quidem. 24. l. si major. 36. C. de transact. l. 3. §. fin. l. 9. pr. l. fin. ff. eod. si autem obligatio intercedente stipulatione per acceptilationem fuerit interempta, ipso jure tutus sit reus. l. 3. l. 4. l. ut responsum. 15. C. de transact. colleg. jur. Argent. lib. 2. r. 15. th. 35. & seq. Gædd. de contr. stip. cap. 12. n. 80.

78. XVII. ПАСТО, si convenerit ne debitum petatur, & quidem si obligatio sit naturalis, ea ipso jure tollitur, cum enim hæc sola æquitatis vinculo sustineatur, contrariæ conventionis æquitate facillè dissolvitur. l. Stichum. 95. §. naturalis. 4. ff. de solut. obligatio verò civilis & naturalis simul non tollitur ipso jure, sed ope demum exceptionis pacti conventi. l. creditori. 5. C. de pact. l. & heredi. 21. §. fin. l. 22. & seq. l. si unus. 27. §. pactus ne. 2. §. si cum decem. 5. & seq. ff. eod. §. praterea. 3. l. de except. & ibi Harpr. n. 1. & seq. Giph. Myns. n. 3.

79. XVIII. JUREIURANDO, ut si quis adversario ita postulante juraverit, se non debere, quod verè debeat, vel se rem alterius

rius non possidere, quam tamen possidebat per l. 1. l. 2. l. 3. §. 1. l. ait prator. 7. l. qui jurasse. 26. pr. l. 27. l. 28. pr. §. 1. & seq. l. fin. §. 1. & seq. ff. de jurejur. & quidem si naturalis sit obligatio ipso jure tollitur. l. Strichum. 95. §. naturalis. 4. ff. de solut. l. fin. pr. ff. de jurej. sin autem obligatio sit civilis, non ipso jure, sed ope exceptionis jurisjurandi perimitur. l. nam posteaquam. 9. pr. §. 1. §. 6. l. sed etsi. 25. l. fin. §. 2. ff. de jurej. §. aequè. 4. l. de except. & ibi Giphani. Harpr. n. 1. & seqq. vide colleg. jur. Argent. lib. 12. tit. 2. th. 21. & seqq. Hering. de fidejuss. cap. 20. §. 2. per tot.

80. XIX. SENTENTIA, ut si reus conventus per sententiam judicis definitivam, quæ jam in rem judicatam abiit, absolutus sit, ab obligatione liberatur, non quidem ipso jure, sed ope exceptionis. §. item si in judicio. 5. l. de except. & ibi Harpr. s. r. ff. de except. rei jud.

81. XX. PRÆSCRIPTIONE, ut si forte intra 30. annos debitum non fuerit exactum, tum enim omnis obligatio & actio tanto tempore extinguitur. l. sicut. 3. l. 4. & t. r. C. de prescrip. 30. vel 40. ann. l. si eo tempore. 6. C. de remis. pign. qui enim tempore liberatus est similis ei, qui satisfecit. l. si pupillus. 45. ff. de admin. tut. vide pulchrè Menoch. 3. pref. 135. n. 3. & seqq. Boccr. d. D. 19. th. 16. & seqq. Hering. d. c. 20. §. 18. n. 10. & seqq. ubi, quomodo fidejussor tempore & conditionis non existentia liberetur, tradit n. 1. & seqq. & de prorogatione d. c. 20. §. 12. per tot. An autem per præscriptionem obligatio ipso jure, an verò ope exceptionis tollatur, vide Bachov. in not. Treutl. 2. D. 29. th. ult. lit. b. vers. exceptio præscriptionis.

82. XXI. INSTANTIÆ FINITIONE, ut si fidejussor judicio sisti, vel judicatum solvi promiserit, is finitâ instantiâ liberatur. l. gracè. 8. §. & post litem. 3. ff. de fidejuss. l. 2. ff. judic. solvi, vide Hering. d. c. 20. §. 20. per. tot. & ibi alleg.

83. Quomodo denique contractus & obligationes dolo, vi, metu, errore initæ dissolvantur, patet ex iis, quæ dicta sunt exerc. 1. q. 23. & seqq. confer Boccr. d. D. 19. th. 118. & seqq. An & quatenus tollatur obligatio furore, vide Hering. d. c. 20. §. 30. nullitate contractus, Hering. d. c. 20. §. 22. inopia, idem d. c. 20. §. 15. officii finitione, id. d. c. 20. §. 31. inimicitiiis, id. d. c. 20. §. 32.

Illud

84. Illud coronidis vice hic erit tenendum, quod obligatio semel extincta tractu temporis non reviviscat. *l. qui res. 98. §. aream. 8. ff. de solut. l. nihil interest. 4. C. eod. l. cum ex causa. 9. C. de remis. pign.* Quatenus autem idem juris sit in distractu, quod in contractu, vide apud *Schrad. ad princ. l. quib. mod. toll. oblig. n. 2. & seqq. Everhard. in loc. legal. à contr. ad distract. 41. per tot.*

QUÆSTIO I.

I. *An extraneus pro invito debitore creditori solvere possit? A.*

Aded favorabilis est solutio, ut non solum ipse debitor, sed ejus nomine etiam alius, sive mandatam habeat, *l. qui mandat. 56. l. cum jussu. 64. ff. de solut. l. sed & id. 59. ff. de procurat.* sive non habeat, ita ut etiam quilibet extraneus pro debitore ignorante & invito, creditori solvere possit, *princ. l. quib. mod. toll. oblig. l. solvendo. 39. ff. de negot. gest. l. solutione. 23. l. si pro me. 140. l. solvere. 53. l. qui decem. 72. §. 2. ff. de solut. l. nulla. 5. l. manifesti. 17. C. eod. l. si Stichum. 8. §. fin. ff. de novat. l. res obligatæ. 21. C. de pignor. & hyp.* Ejusque ratio hæc est, quod & naturalis & civilis ratio suadeat alterius etiam absentis & dissentientis conditionem nos facere posse meliorem *d. l. 39. ff. de negot. gest. & d. l. 53. ff. de solut.*, & nihil interest creditoris, à quo sibi satisfiat, vel debitum accipiat. *Harpr. ad princ. l. quib. mod. toll. oblig. n. 37. & seqq. Treutl. 2. D. 29. th. 3. lit. b. & ibi Hunn. in ref. q. 7. & V. R. lib. 3. tr. 8. q. 2. Philip. Matth. ad l. 69. ff. de R. I. n. 6. & seqq.* Quamvis autem hoc modo factâ solutione debitor ipso jure ab obligatione liberetur, *d. pr. l. quib. mod. toll. oblig. d. l. 39. l. cum pecuniam. 43. ff. de negot. gest.* ille tamen, qui pro invito solvit, nullam à debitore habet repetitionem, quod solvit, cum illud ipsum donasse intelligatur. *l. si remunerandi. 6. §. 2. l. si pro re. 40. l. qui fide. 53. ff. mandat. l. fin. C. de negot. gest.* is verò, qui pro ignorante utiliter solvit, actione negotiorum gestorum id, quod solvit, à debitore repetere potest. *d. l. cum pecuniam. 43. l. fin. ff. de neg. gest.* Cùm hac sententia non pugnat, quod solvere pro alio

L 11 3. sit

fit beneficium, beneficium autem invito non detur, *l. invito. 69. ff. de R. I.* non enim est beneficium accipere cogi, ut ait *Senec. 2. de benefic. 19.* & quod ingeritur recusanti, *Lactant. lib. 5. Inst. 20. Resp.* Si quidem istam *l. 69.* vulgo accipiunt de eo, cui invito & directò quidem beneficium confertur soli, seu de eo casu intelligunt, quando beneficium ad solum illum, qui illud recusat, spectat, non verò si etiam alium, quàm recusantem concernat: Hoc autem nostro casu non confertur solutionis illud beneficium directò & soli debitori, sed etiam, & vel maximè creditori, cui solvitur, & qui suum accipit, cuius sanè maximè interest, creditum recipere, & sibi debitum exolvere: Imò iniquum foret, debitorem velle aut posse alterius commodum impedire, dum ipse beneficium agnoscere non vult: Et quemadmodum creditor, obligationis veluti dominus, distrahere obligationem sive vendere invito debitori, ita & eandem solvere potest, *l. nomina. 17. ff. de hered. vel act. vend. l. nominis. 3. C. eod.* unde etiam invito honores & dignitates deferuntur, siquidem Reip. etiam interest bene meritos ad dignitates evehi, *l. 3. §. preses. 15. ff. de muner. & bon. Philip. Matth. d. l. 69. n. 9.* Ita conciliant *Treutl. d. lit. b. & ibi alleg. Dec. ad l. 69. ff. de R. I. & ibi Phil. Matth. n. 8. & seq. Castrens. ad l. 39. ff. de neg. gest. Angel. ad princ. 1. quib. mod. toll. oblig. & ibi Harpr. n. 38. Hunn. d. q. 2. & d. q. 7. colleg. jur. Argent. lib. 46. t. 3. th. 5. n. 17.* Quæ tamen conciliatio displicet *Bachov. in not. Treutl. d. lit. b.* quali interesse tertii, cui beneficium non datur, cum accipiat quod sibi debetur, non videatur efficere posse, ut beneficium sit, quod natura sua beneficium non est. Atque ideo ipse respondet, quod actio, quæ aliàs posset esse beneficium, nihil operetur in persona debitoris, si ille recuset ejus beneficio uti, sed operetur tantum aliquid in persona tertii, qui rem suam accipit. Ut ita solutio hoc casu non consideretur tanquam beneficium, aut respectu ejus, qui debet, sed qua simplex præstatio ejus, quod debetur, quod ubi accipit creditor, à quocunque etiam accipiat, obligatio extinguitur. Deinde beneficium considerari dicit aut formaliter, qua beneficium, quo sensu non erit beneficium, quod invito confertur, siquidem beneficium

est

est benevola actio tribuens gaudium capiensque tribuendo, *Senec.* 1. de benefic. c. 6. aut materialiter, quo casu in invitum conferri posse, non absurdè dici putat, cum hic, licet nolens, obligatione liberetur; ita tamen ut facultatem habeat beneficio non utendi, & pecuniam restituendi ei, qui solvit.

2. *An si solutionis causa adjecti status mutatus sit, ei solvi possit?*

Solutionis causa adjecti quis dicitur, quando à creditore datur debitori potestas alii solvendi, cui obligatio non est acquisita, ut si quis alternativè sibi aut Titio dari stipuletur, tum Titius solutionis causa adjectus dicitur, & quamvis ei obligatio non acquiratur, utpote quæ in persona stipulatoris tantùm consistit. *l. eum qui.* 56. §. 2. ff. de V. O. §. si quis alii. 4. §. al'eri. 19. 1. de inutil. stip. supra exerc. 6. q. 9. neque is petere hoc possit. *l. quod stipulatus.* 10. ff. de solut. solvi tamen ei rectè potest. *d. §. 4. vers. planè.* 1. de inutil. stip. d. 1. 10. l. 11. l. 12. §. 1. & 3. l. qui hominem. 34. §. 2. l. si ita. 59. l. qui res. 98. §. 4. & seqq. ff. de solut. aded ut invito quoque creditore adjecto rectè solvatur. *d. §. 4. vers. planè.* 1. de inut. stip. l. vero. 12. §. 3. l. aliud est. 106. ff. de solut. quicumque ille sit, qui adjectus est, sive pupillus, sive sui, sive alieni juris. *l. stipulatus.* 9. pr. l. 11. l. Stichum. 95. §. nam si furiosus. 7. ff. de solut. Atque hæc ita sine dubio procedunt, si adjectus in eodem statu, quo fuit tempore stipulationis, permanserit, quod si verò statum suum mutaverit, & capitis fortè diminutionem passus sit, an & tum ei adhuc solvi possit, dubitatur? Et posse dicendum videtur *ex l. eum qui.* 56. §. qui sibi. 2. ff. de V. O. l. Stichum. 95. §. usumfructum. 6. ff. de solut. E contra verò, non posse statuere videtur Ictus Africanus in *l. cum quis sibi.* 38. pr. ff. eod. ubi ejus ratio redditur hæc, quod tacitè inesse hæc conventio stipulationi videatur, si in eadem causa maneat. Et hanc implacabilem esse antinomiam statuit *Ant. Faber lib. 3. conject. cap. 10.* Verùm communiter apparens ista antinomia ita conciliari solet, ut si status adjecti mutatus fuerit in deterius, ut si fortè maximam & mediam passus

passus sit capitis deminutionem, & libertatem & civitatem amiserit, solvi ei amplius nequeat. *d. l. 38. pr.* Sin verò status ejus mutatus sit in melius, ut si fortè emancipatus fuerit, rectè ei solvi queat. *d. l. 56. §. 2. d. l. 95. §. 6.* Hujusque conciliationis hæc redditur ratio, quod is, qui sibi aut Titio dari stipulatur, ideo in Titii personam confert solutionem, & id agit, ut Titio datum postea faciliùs ad se perveniat, à Tito repetere possit, atque ita etiam mens stipulantis est, ut tam diu ipsi solvi possit, quàm diu solum ab eo recipere potest, à Tito autem, si in duriores causam status ipsius mutatus, ut si fortè libertate, vel civitate privatus fuerit, solum non poterit repeti, quia vel ipsius conveniendi desit esse copia, vel si quidem conveniri possit, desit tamen esse solvendo, quod in bonis nihil habeat. Quod si verò in meliorem causam status ejus sit mutatus, ut si ex filiosam, sui juris sit factus, tum faciliùs solum ab eo recipi potest, cum & faciliùs conveniri, & citiùs habere, quod solvat, possit. Ita *Donell. 16. cap. 10. Hænon. disp. 17. th. 25. Bronch. 4. as. 64. Vultei. 1. 1. R. cap. 53. n. 48. & seq. Hunn. V. R. lib. 3. tr. 8. q. 4. Bachov. in not. ad Treutl. 2. D. 29. th. 3. lit. a. vers. nisi capite minutus.*

3. *An & quatenus pupilli debitor solvens liberetur?*

Debitorem ex obligatione pupillo sine tutoris autoritate solventem non liberari manifestum est, §. *fin. vers. ideog, si debitor. l. quib. alien. lic.* cum pupillo sine tutoris autoritate solvi non possit. *l. pupillo. 15. l. servus decem. 68. ff. de solut. l. contra. 28. ff. de pact.* est enim certi & expediti juris, quod pupillus ea negotia sine tutoris auctoritate expedire non possit, ex quibus conditio ejus modo quodam deterior reddi potest, *princ. & §. 1. l. de auct. tut.* semper autem periculum est, ne datio, seu solutio ex illius imbecillitate pereat, *d. l. 68. in fin. ff. de solut.* Ad eò autem invalida est hujusmodi solutio, ut si pupillus pecuniam malè consumpserit, vel perdidit, debitor adhuc ordinariâ actione conveniri possit, & condemnari debeat. *d. §. fin. l. quib. alien. lic.* Quod si tamen pecuniam

ex

ex obligatione solutam vel salvam habeat, vel in rem suam converterit, & locupletior inde fuerit factus pupillus, non poterit eam ulterius petere, sed debitor eum petentem doli mali exceptione submovebit. *d. §. fin. vers. quod si. l. pupillo. 15. l. in pupillo. 47. pr. ff. de solut. l. si fundus. 13. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. 4. ff. de except. l. 4. §. 4. ff. de dol. mal. except.* dolo enim facit, qui ex aliena jactura lucrum quaerit, *d. l. 13. ff. de reb. eor. l. si quis mancipius. 17. §. 4. ff. de instit. act. & contra bonam fidem, qui idem bis exigit, l. bona fides. 57. ff. de R. l. vide Hunn. V. R. lib. 3. tr. 8. q. 5.* Sed quidnam dicendum sit, si ipsi tutori, vel pupillo tutoris auctoritate fuerit solutum, an debitor solvens plenissimam consequatur liberationem, ita ut pupillus, si fortè in solutione læsus, vel res soluta deperdita, vel malè consumpta fuerit, in integrum restitui nequeat? Quod nobis videretur negandum, siquidem I. ad hoc, ut solutio pupillo facta plenissimam pariat liberationem & ulterius inquietari nequeat debitor, judicis sententiam & decretum requirit Imp. Justinianus in *l. sancimus. 25. ibi: ita tamen, ut prius sententia judicialis sine omni damno celebrata hoc permiserit. C. de admin. tut.* atque idèd licet tutori, vel pupillo tutoris auctoritate fuerit solutum, & tamen judicis sententia vel decretum non accesserit, debitor omnimodam liberationem non consequetur. Quod II. adhuc manifestius patet ex *§. fin. vers. sed hoc etiam, ibi: ut prius judicialis sententia sine omni damno celebrata hoc permittat, & c. l. quib. alien lic.* Quia III. indubitati est juris, quod pupilli & minores ex quacunque causa sint læsi, in integrum restituantur, *l. 1. l. 7. & t. t. ff. de minorib. & ibi Wesemb. in 7. n. 5.* etiam tum, quando tutoris vel curatoris intervenit auctoritas. *l. 2. l. 3. & t. t. C. si tut. vel curat. interv. l. 1. C. si advers. solut.* Quamvis ergo passim in jure dicatur, quod tutori utiliter solvi possit, ad hoc ut liberatio ipso jure contingat, *l. Lucius. 46. §. tutelæ. 5. & §. fin. ff. de admin. tut. l. quod si forte. 14. §. 1. & seq. l. Callippo. 45. §. 1. l. solutam. 49. l. servus. 68. l. quæro. 100. ff. de solut. & tutores pupillorum nomine cum aliis efficaciter contrahere valeant, l. cum plures. 12. §. 1. ff. de admin. tut. l. 4. in fin. ff. de evict.* Inde tamen non sequitur, quod, si pupilli ex

M m m hujusmodi

hujusmodi solutione fuerint læsi, in integrum non restituantur, si quidem contrarium manifestum est *ex t. t. C. si advers. solut. ex quo patet, quod in integrum restitui possint minores adversus solutionem, si per eam fuerint læsi, ista autem restitutio præsupponit solutionem legitimè & efficaciter esse factam, eaque obligationem revera & ipso jure esse extinctam, aliàs enim restitutioni in integrum non esset locus, quæ non datur, nisi adversus ea, quæ de jure valuerunt & effectum habuerunt. l. in causa. 16. §. 1. ff. de minorib. Imò si obligatio per solutionem tutori factam non esset ipso jure sublata, nec debitor liberatus, in integrum restitutione opus non esset, siquidem hæc extraordinarium est remedium, quo non est opus, eique nullus locus, si communi auxilio vel jure quis sit munitus. d. l. 16. pr. ff. de minor l. 3. C. si advers. libert. Sic etiam licet contractus tutoris per se sit validus & efficax, si tamen inde pupillus sit læsus, in integrum restituitur, ut patet *ex l. fin. & r. t. C. si tut. vel curat. interv.* Eo ergò demùm casu, quo judicis decretum & præceptum de solvendo intervenit, debitor plenissimam confequitur liberationem, ita ut restitutioni non sit locus. d. l. 25. C. de admin. tut. l. ait prator. 7. §. 2. ff. de minorib. d. §. fin. 1. quib. alien. lic. & ibi Schneidew. n. 4. & seqq. & ibi Giphani. Myns. vers. at ex contrario. n. 1. & 2. Harpr. n. 28. & seqq. & ibi alleg. Hunn. V. R. lib. 3. tr. 8. q. 6. Dissent. Ant. Faber. 17. conj. 13. Hæc tamen non procedunt in annuis redditibus, pensionibus & usuris, quæ pupillo solo tutore auctore plenissimè solvi possunt. d. l. 25. & l. 27. C. de admin. tut. Myns. d. l. n. 3. & Giphani. d. l. vers. sed hoc etiam.*

4. An creditor invito teneatur admittere solutionem particularem? N.

Ut per solutionem contingat liberatio, requiritur inter alia, ut id, quod debetur, solidum solvatur. l. etiam ci. ca. 27. ff. de solut. atque ideo minus invito creditori & per partes regulariter solvi non potest, idque multis confirmatur legibus & rationibus ut I. l. his consequenter. 18. §. Celsus. 4. l. heredes. 25. §. idem juris. 13. ff. famal.



mil. *ercisc.* l. 3. §. si decem. 5. l. si triennio. 18. ff. de statulib. l. in executione. 85. §. pro parte. 4. ff. de V. O. l. obfignatione. 9. C. de solut. l. Iulianus. 13. §. offerri. 8. ff. de act. empt. l. quamdiu. 6. l. 7. l. unus. 16. C. de distr. pign. Quia II. quotiescunque debitor aliter, seu in aliam formam solvit, quàm debet, creditor non est cogendus illud accipere, si aliquid damni inde sit passurus. l. creditorem. 99. ff. de solut. Is autem qui pro parte solvere vult, aliter seu in aliam formam solvit, quàm debet, siquidem aliud pars est, aliud totum. l. in executione. 85. pr. ff. de V. O. Quia III. particularis solutio non minima habet incommoda. l. 3. ff. famil. *erc.* non debet autem alteri per alterum iniqua inferri conditio. l. non debet. 74. ff. de R. 1. IV. Aliud pro alio invito creditori non potest solvi. l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. *supra* th. 20. n. 1. aliud autem est totum, aliud pars. d. l. 85. pr. ff. de V. O. Quia V. tum demum per partes solvere licet, ad hoc ut pro parte contingat liberatio, & cursus usurarum sistatur, quando pacto ita convenit. l. tutor. 41. §. 1. ff. de usur. Et VI. certi sunt casus & exceptiones, quibus permittitur particularis solutio, de quibus paulò post, hæc ergò confirmant regulam in casibus non exceptis. l. *quæsitum*. 12. §. idem respondit. 43. *vers. deniq.* ff. de instr. vel instrum. leg. Nov. 7. c. 2. VII. Natura obligationis postulare videtur, ut quo modo aliquid contractum est, eodem etiam dissolvatur, l. nihil tam. 35. ff. de R. I. l. prout. 80. ff. de solut. Si ergo debitum per partes non erit contractum, per partes quoque invito creditori solvi non poterit. Et quidem sic omnis obligatio ab initio contrahitur, ut quod inde semel debetur, totum deberi incipiat & propterea etiam totum solvi debeat, *arg. d. l. 35. & d. l. 80.* Et VIII. ex natura obligationis quæsitum est jus creditori solidum persequendi, quod jus ei invito adimi & auferri nequit. Ita sentiunt *Barr.* in l. quidam existimaverunt. 21. ff. de reb. cred. & ibi *laçon. Zas Gail.* 2. obs. 19. n. 7. *Wesemb.* in 7. ff. de solut. n. 5. *Donell.* in l. 1. ff. de reb. cred. *Fach.* 10. c. 59. *Gædd. de contr. stip. cap. 6. n. 265. & seq. & cap. 11. n. 3. & 4. & adl. 32. n. 9. ff. de V. S. Sichard.* in l. 9. n. 9. C. de solut. *Hottoman.* illustr. *quæst.* 20. *Hænon. disp.* 17. th. 23. *colleg. jur. Argent. lib.* 46. 8. 3. th. II. *Treutl.* 2. D. 29. th. 2. lit. b. & ibi *Bachov.* in not. *A. umæ.*

M m m 2

exerc.

exerc. 16. th. 2. Forst. disp. 19. th. 6. Philip. Matth. ad l. 74. ff. de R. 7. Bocer clas. 4. D. 19. th. 21. Harpr. ad princ. l. quib. mod. re contr. n. 126. & seq. & ibi alleg. Dissent. Alciat. ind. l. 21. ff. de reb. cred. n. 8. & ibi Dec. n. 6. Fulgos. n. 4. Coras. in l. 2. §. & harum. ff. de V. O. Molin. in tr. de divid. & indiv. p. 2. n. 13. & 47. Hunn. V. R. lib. 3. tr. 3. p. 1. q. 11. Sunt tamen certi quidam casus, quibus etiam per partes invito creditori solvi potest, ut 1. si ita convenerit. l. 41. §. 1. ff. de usur. 2. si certa causa motus magistratus particularem solutionem admittere jusserit. l. 1. §. si pecunia. 36. l. 5. §. 2. ff. de pos. l. si stipulatus. 81. §. 1. ff. de solut. 3. particularis solutio admittitur in pensionibus publicis. l. placuit. 4. C. de collat. fund. parvim. Fach. d. c. 59. vers. tertium. & 4. in favorem libertatis. l. cum hares. 4. §. item si. 6. ff. de statulib. 5. si de parte debiti constat, de parte verò lis moveatur. l. quidam. 21. ff. de reb. cred. l. permittendum. 8. ff. si pars hered. per. vel 6. ex diversis causis debeatur. l. in executione. 85. §. 4. ff. de V. O. l. fin. ff. quib. mod. pign. solv. 7. Jure Canonico qui pœnæ partem solvit, pro parte à pœna liberatur. c. suam. 9. X. de pœn. quod jure civili secus videtur, ubi partis solutio non prohibet, quo minus pœna committatur in solidum. l. heredes. 25. §. idem juris. 13. ff. famil. erc. l. 5. §. fin. l. in executione. 85. §. 6. ff. de V. O. 8. Hæredibus quoque debitoris nominatim & specialiter concessum est per partesolvere. d. l. 25. §. 13. ff. famil. erc. l. ex parte. 25. ff. de solut. l. in executione. 85. §. 1. ff. de V. O. l. si testamento. 49. §. 1. ff. de sideojus. l. 2. C. de hered. act. l. 1. C. si cert. petat. siquidem æs alienum defuncti ipso jure & lege XII. tabb. inter singulos hæredes pro portione hæreditaria dividitur. l. pacto. 26. C. de pact. Harpr. ad princ. l. quib. mod. re contr. n. 155. & seq. Contingit etiam aliquando ut ne volenti quidem rectè pars solvatur, ut liberatio contingat, ut si res divisionem nullam patiat, ut in servitutibus prædiorum, item usu. l. 2. §. 1. §. 2. ff. de V. O. vide colleg. jur. Argent. lib. 46. t. 3. th. 11.

5. Num creditori invito ante diem rectè solvi possit? A.

Ut porro solutio legitime fiat, requiritur etiam ut fiat justo &

& legitimo tempore, quo convenit, *l. qui Rome. 122. ff. de V. O. arg. l. solidum. 85. ff. de solut.* ita ut si debitor in re solvenda moram fecerit, usuræ quoque ex mora debeantur, *l. cum quidam. 17. §. 3. & 4. l. mora. 32. §. 2. ff. de usur. l. 13. C. eod.* Quamvis autem ille, qui in diem certum debet, ante diem illum solvere non teneatur, aded, ut ne quidem eo ipso die, quo debet, ad id cogatur, sed totus ille dies arbitrio solventis relinquatur. §. 2. I. de V. O. §. pen. I. de inutil. stip. *l. qui hoc anno. 42. ff. de V. O.* unde etiam qui certarum nundinarum diebus solvere vel dare promisit, quamdiu vel exiguum tempus ex nundinarum spatio superest, peti non potest. *l. eum qui. 138. pr. ff. de V. O.* Quod si tamen voluerit, poterit etiam vel statim. *l. stipulatio ista. 38. §. inter incertam. 16. ff. de V. O. l. quod certa. 70. ff. de solut. vel etiam ante diem solvere. l. continuus. 137. §. 2. ff. de V. O. l. qui res suas. 98. §. mihi dare. 4. ff. de solut. l. 1. §. 1. ff. de cond. & demon. l. quod quis. 50. ff. de O. & A.* Atque hæc sine dubio procedunt, si creditori volenti solvatur. Sed quid si ipse nolit accipere ante diem? Et eum teneri admittere probabilius videtur, I. per *d. l. l.* quibus probatum fuit id, quod in diem debetur, etiam statim & ante diem solvi posse, rectè autem & jure illud quis posse dicitur, quod altero invito & repugnante potest, *arg. l. 10. l. 57. §. 1. ff. de solut. §. si quis alii. 4. I. de inutil. stip.* Et II. liberum esse dicitur debitori etiam ante diem solvere. *d. l. 70. ff. de solut. d. l. 38. §. 16. ff. de V. O.* liberum autem ipsi hoc non esset, si non posset creditore invito, liberum enim illud dicitur, quod ita est in alicujus potestate, ut facere id possit, si velit. Quia III. diei adjectio est pro debitore, & in ejus arbitrio, non verò pro creditore. §. 2. I. de V. O. *l. cum tempus. 17. ff. de R. l. l. eum qui. 41. §. 1. ff. de V. O. l. intra. 7. ff. de rejudic.* atque ided eo uti potest, vel non, cum cuilibet licitum sit, beneficium pro se introductum contemnere, eique renunciare. *l. pen. C. de pact. l. si judex. 41. ff. de minor.* neque is ipsi obesse debet, *arg. l. nulla. 25. ff. de legib.* Unde etiam IV. in *l. eum qui. 15. ff. de annuis legat.* dicitur, si dies non legatarii, sed hæredis (id est, debitoris) causa adjectus sit, tunc hæredem, si ante diem solverit, liberari. Ubi observandum est, quod, licet dies quoque aliquando creditoris gratia adjici

M m m 3

possit.

possit, d. l. 15. ff. de ann. legat. regulariter tamen & in dubio debitoris gratia & favore adjectus intelligatur. d. l. 41. §. 1. ff. de V. O. d. l. 17. ff. de R. l. Quod si ergò contingat, quod dies in creditoris favorem fuerit adjectus, ante diem ipsi invito non poterit solvi, ut in l. qui Roma. 122. pr. ff. de V. O. Ita sentiunt, Bart. in l. stipulatio ista. 38. §. inter. 16. ff. de V. O. & ibi Duar. & Coraf. Gomez. 2. V. R. 6. 11. n. 22. Gadd. ad l. 12. §. 1. n. 5 ff. de V. S. Hænon. disp. 17. th. 24. Forster. disp. 19. th. 7. Aruma. exerc. 16. th. 3. & de mora. cap. 7. n. 9. Treutl. 2. D. 29. th. 2. lit. I. & ibi Hunn. in res. q. 4. & Bachov. in not. Havpr. ad pr. I. quib. mod. re contr. n. 96. & seqq. & ibi allegat. Dissent. Borcholt. tr. de V. O. cap. 6. n. 33. Cujac. 23. obs. 23. Bocer. clas. 4. D. 19. th. 41. lit. b.

6. *Acceptilatio an fieri possit per procuratorem, tutorem vel curatorem?*

Quamvis non solum ipsi creditori, sed ejus etiam procuratori, tutori vel curatori rectè solvi possit, l. vero. 12. l. 14. §. 1. ff. de solut. acceptum tamen ferre horum nemo potest, sed solus tantum dominus. l. & per jurandum. 13. §. tutor. 10. ff. de acceptil. Ejusq; ratio hæc reddi solet, quod procuratori, tutori & curatori commissa tantum est administratio bonorum, & quidem ut bene administrent, & bona conservent, non verò disperdant & dilapident; accepto autem ferre nihil aliud est, quam perdere & dilapidare, quia qui acceptum fert, nihil quicquam accipit, atque ita per acceptilationem debitorem liberans rem non administrat, sed perdit, & sic debitorem non liberat. l. pactum. 22. C. de pact. Quod secus est in solutione, ibi enim is, cui solvitur, pro liberatione pecuniam accipit. Quamvis autem procuratori, tutori & curatori non liceat directò acceptum ferre, per indirectum tamen mediante novatione hoc ipsis permittitur, si scil. id, quod creditori debetur, sibi dari animo novandi stipulentur, & ita deinde ex novatione hujusmodi sibi debitum acceptum ferant. d. l. 13. §. 10. ff. de acceptil. si novandi mandatum à domino seu creditore habeant. l. 3. ff. eod. cum

cum enim per novationem procurator, tutor vel curator, sibi acquirat obligationem, utiq; etiam illam tollere ac remittere potest. *Wesemb. in π. ff. de acceptil. n. 3. Treutl. 2. D. 29. th. 4. lit. b. & ibi Hunn. in resol. vers. etsi porro. & seqq. Havpr. §. 1. n. 23. l. quib. mod. toll. obl.* Sed quid si procurator mandatum habeat acceptum ferendi? Neque eum hoc casu domini nomine acceptum ferre posse, inde dicendum videtur, quod acceptilatio sit actus legitimus. *l. actus legitimi. 77. ff. de R. I. Aruma. exerc. 16. th. 12.* actus autem legitimi alieno nomine, seu per procuratorem expediri non possunt. *l. nemo. 123. pr. ff. de R. I.* Unde etiam ne servus quidem jussu domini acceptum facere potest. *l. pen. ff. de accept.* Ita *Zang. de except. part. 3. cap. 7. n. 33. & seqq. Philip. Matth. ad d. l. 77. n. 7. & seqq. ff. de R. I. Hunn. in resol. Treutl. d. lit. b. q. 14. Bocer. class. 4. D. 19. th. 108.* Neq; huic sententiae negotium facessit. *l. 3. ff. d. r. Resp.* Siquidem illa non de mandato acceptum faciendi, sed novandi intelligenda est, ita ut liceat procuratori ex mandato creditoris seu domini prius debitum novare, ejusdemque obligationem in suam personam derivare, & postea ex sua persona acceptum facere, prout istam legem explicant *Cujac. 15. obs. 16. Zanger. d. c. 7. n. 36. Phil. Matth. d. l. n. 11. quamvis alii aliter, vide Zang. Hunn. d. l. l.*

7. *Acceptilatio inutilis an utile contineat pactum? A.*

Quod stipulatio inutilis non contineat utile pactum, vulgata est *Dd. conclusio*, cum certum sit, quod ab illis, qui propositum & animum pactum ineundi non habent, pactum inutum dici non possit. *l. 7. §. quod ferè. 12. ff. de pact. l. 1. §. eum, qui. 4. ff. de pec. constit. & quod inutilis stipulatio non habeat utile pactum, inde patet, quod is, qui stipulanti absque verbis annuit, ne naturaliter quidem obligetur, l. 1. §. 2. ff. de V. O. cum tamen, si inutilis hæc stipulatio pactum utile contineret, ex isto pacto ad minimum obligatio naturalis nasceretur, arg. l. 1. l. 7. §. 7. ff. de pact. l. 5. §. 2. ff. de solut. Treutl. 1. D. 23. th. 7. lit. b. & ibi Hunn. in res. q. 28. & in resol. 2. D. 27. th. 1. lit. e. q. 6.* E contra verò, quod inutilis acceptilatio utile

utile contineat pactum ejusque vim habeat, & id actum intelligatur, ne peteretur, dilucidè patet ex *l. si unus. 27. §. si acceptilatio. 9. ff. de pact. l. an inutilis. 8. pr. l. si accepto. 19. pr. ff. de acceptilat. l. cum emptor. 5. pr. ff. de rescind. vendit. nisi manifestè appareat id actum esse, ne valeat ut pactum. d. l. 8. pr. ff. de accept. vel tale sit vitium, ob quod ne pactum quidem valeret, colleg. jur. Argent. lib. 46. t. 4. th. 13. n. 12. Ratio autem diversitatis inter stipulationem & acceptilationem hæc reddi communiter solet, quod stipulatione obligatio contrahatur, acceptilatione verò distrahatur, jura autem sint proniora ad liberandum, quàm ad obligandum, *l. Arrianus. 47. ff. de O. & A. alia aliter. Et hanc sententiam tuentur Bart. in l. 1. §. 4. ff. de const. pec. Cujac. in l. 1. §. 2. ff. de V. O. Gædd. in l. 177. ff. de V. S. Borcholt. de pact. cap. 2. in 1. pact. divis. n. 28. Arume. exexc. 16. th. 13. Forster. disp. 19. th. 11. Treurl. d. lit. b. & ibi Hunn. in ref. d. q. 28. & d. q. 6. colleg. jur. Argent. d. n. 12. Harpr. d. §. 1. num. 28. & seq. l. quib. mod. toll. oblig.**

8. An aliqua novatio sit necessaria? A.

Esse novationem quandam voluntariam inter omnes convenit, & manifestum est ex *l. aliam. 29. ff. de novat.* an autè aliqua sit necessaria, sunt qui negant? Nos affirmantibus accessimus *supra th. 41. & seqq.* quorum palmarium fundamentum est I. in *d. l. aliam. 29.* ubi dum novatio alia statuitur esse voluntaria, censequens inde est, aliam esse non voluntariam, seu necessariam, frustra enim alias vocabulum *voluntaria* ibi poneretur, si distinctionis gratia non adderetur. Idque II. eo magis, quod in *d. l. 29.* voluntariae novationi opponatur iudicium acceptum, sive litis contestatio, quod frustra fieret, si hæc, litis scilicet contestatio, novationis non esset quædam species. Quia III. delegationem fieri vel per stipulationem, vel per litis contestationem patet ex *l. delegare. 11. §. 1. ff. de novat. delegacionem autem esse speciem novationis, docet §. praterea. 3. l. quib. mod. toll. obl. & ibi Mynf. n. 2. confer supra th. 40. & seqq.* Et quod IV. per sententiam prior contractus & obligatio novetur, & iudicati

& iudicati detur actio, manifestè patet ex l. fin. pr. vers. si enim. C. de usur. rei iudic. l. si fundus. 16. §. si pluri. 6. ff. de pignor. l. in bonis. 13. C. de usur. ubi post rem iudicatam ex nulla alia causa, quàm iudicati usuras peti posse dicitur. Neque ex eo contrarium erit dicendum, quod novationis sit effectus, quod obligationem priorem tollat, & novam constituat, supra th. 49. litis autem contestatio obligationem non tollat, l. fundum. 28. ff. de novat. sed potius eandem corroborat & perpetuet. l. omnes. 139. pr. ff. de R. I. Resp. Quamvis enī litis contestatio priorem obligationem quo ad substantiam & materiam, prout facit voluntaria, non mutet; eandem tamen quoad formam novat, siquidem ex temporali facit perpetuam. d. l. 139. pr. ff. de R. I. §. 1. in fin. l. de perpet. & temp. act. l. r. & 2. C. de annal. except. ita ut quæ morte rei erat peritura in heredes transeat. l. omnes. 26. l. constitutionibus. 33. l. sciendum. 58. ff. de O. & A. l. pœnalia. 164. ff. de R. I. Et observandum est, esse differentiam quandam inter novationem voluntariam & necessariam; voluntaria enim non novat in totum, sed quoad quid, quatenus scilicet novationem fieri actori prodest, non quatenus in veteri actione actoris aliquid versatur, quod novatione factâ ipsi interverteretur, cum non soleat fieri conditio deterior eorum, qui litem sunt contestati. l. non solet. 86. & seq. ff. de R. I. Unde etiam per novationem hanc necessariam, quæ litis fit contestatione, nec pignora, nec hypothecæ, nec fideiussores liberantur. l. grege. 13. §. etiam si. 4. ff. de pignor. per voluntariam verò liberantur l. novatione. 18. ff. de novat. nec in necessaria usuræ sistuntur. l. lire. 35. ff. de usur. l. 1. C. de iudic. in voluntaria verò cursus earum impeditur, d. l. 18. l. emptor. 27. ff. de novat. confer coll. jur. Argent. lib. 46. t. 2. th. 4. Et ita sentiunt colleg. jur. Argent. d. l. Wesemb. in 7. ff. de novat. n. 3. & 4. Donell. 16. c. 20. & ibi Hillig. in not. lit. b. & c. Duar. de novat. c. 1. Gædd. de contr. stip. cap. 5. n. 70. & seq. Bocer. class. 4. D. 19. th. 96. Treutl. 2. D. 29. th. 5. lit. d. & ibi Hunn. in ref. & V. R. lib. 3. tr. 8. q. 9. Harpr. §. 3. n. 3. & seqq. l. quib. mod. toll. obl. vide eleganter Bachov. in not. Treutl. d. th. 5. lit. e.

9. An per stipulationem pœnalem obligatio prior novetur? N.

N n n

Quod

Quod per stipulationem pœnalem ( si quis stipulatus sit aliquid dari vel fieri, & deinde, si illud non fieret, pœnæ nomine aliquid stipuletur ) præcedens obligatio non novetur I. plures indicant leges, ex quibus, licet ad præcedentem obligationem pœnalis accesserit stipulatio, nullam tamen novationem factam esse, constat, *ur l. stipulationum. 5. §. fin. l. ita stipulatus. 115. §. fin. l. qui Romæ. 122. §. Flavius. 2. ff. de V. S. l. rescriptum. 10. §. 1. ff. de pact. l. qui fidem. 16. ff. de transact. l. cum proponas. 17. C. eod. l. prædia. 28. ff. de act. empr. l. duo societatem. 71. pr. ff. pro socio. II. Non est dubium, quod pœnalis stipulatio prioris firmandæ causæ adjiciatur, & quo magis id fiat, quod prius cautum, & in obligatione est. §. fin. l. de legat. absurdum autem foret dicere præcedentem obligationem tolli per eam stipulationem, quæ ejusdem firmandæ causæ adjicitur, l. 4. §. si ex conventionem. 4. vers. sed etsi. ff. de re judic. quomodo enim præcedentem obligationem poterit firmare pœnalis stipulatio, si eam tollat? novationem autem tollere præcedentem obligationem, patet *ex th. 49.* Et cum III. stipulatio pœnalis sit accessoria ad principalem, non poterit novare principalem, l. qui usumfructum, 58. ff. de V. O. IV. Pœnalis illa stipulatio adjicitur obligationi principali in favorem creditoris, & odium debitoris, ut timore pœnæ debitor promissa servet, d. §. fin. I. de legat. non igitur in odium creditoris pro debitore detorqueri debet. l. nulla. 25. ff. de legib. quod hoc casu fieret, si novationem contra creditorem pro debitore operaretur. Atque hoc V. hodie novo jure non videtur habere dubium, ubi ad hoc, ut novatio fiat, requiritur ut hoc ipsum à contrahentibus expresse & nominatim dictum & actum sit, §. praterea. 3. l. quib. mod. toll. obl. confer. q. 11. Ita sentiunt, Zasius lib. 1. fing. cap. 4. Duar. ad l. 115. ff. de V. O. & ibi Donell. Gædd. de contr. stip. cap. 5. n. 54. & seq. Hænon. disp. 17. th. 28. Aruma. exerc. 16. th. 15. Hunn. V. R. lib. 3. tr. 4. q. 9. Harpr. §. praterea. 3. n. 27. & seqq. Dissent. per l. si creditor. 15. ff. de novat. l. obligationum. 44. §. fin. ff. de O. & A. l. si penum. 24. pr. ff. quando dies legat. l. 1. ff. de penu legat. Horom. ill. q. 10.*

10. *Novatio unius correi an noceat alteri? A.*

Si fortè unus è duobus reis credendi obligationem novaverit, an



rit, an hæc novatio anteriorem obligationem non solum respectu ipsius novantis, sed etiam alterius correi extinguat, eique noceat, non aded est planum? Et huic quoque nocere Ictus Venulejus in l. si rem aliquam. 31. §. si duo. 1. ff. de novat. asserit, eandemq; suã assertionem his firmat rationibus 1. quod uni correo credendi rectè solvatur, ut ab utroque contingat liberatio, cur non ergò etiam unus novare poterit. 2. Quod per litis contestationem uni correo credendi liceat totam rem in iudicium deducere, ita ut alteri amplius non liceat offerre. l. ex duobus. 16. ff. de duob. reis. litis autem contestatio est quædam novatio, supra q. 8. 3. Quia unius correi acceptatione tollitur tota obligatio, ideoque etiam unius novatione, cum utriusque par sit ratio & effectus, utraque enim per interrogationem & responsionem fit, & solutionis vice cedit. Quia 4. in duobus correis credendi perinde est, quasi quilibet sibi soli fuerit stipulatus & obligationem acquisiverit, atque ideo etiam solus istam obligationem novare & perimere poterit. Hanc sententiam tumentur Cujac. 2. obs. 16. in fin. & in l. 27. ff. de pact. & ibi Horow. Wesenb. in 7. ff. de duob. reis. n. 8. Donell. de duob. reis. c. 5. n. 2. Ant. Faber 11. conj. 1. Pac. 1. antin. 96. Robert. 1. sent. 25. Gædd. de contr. stip. c. 12. n. 9. Treutl. 2. D. 27. th. 9. lit. d. & ibi Hunn. in res. vers. sed nunquid. & V. R. lib. 3. tr. 3. q. 17. Dissent. per l. si unus. 27. pr. ff. de pact. quam variè cum priori l. 31. §. 1. conciliant. Alii d. l. 27. intelligunt de correis, qui simul sunt focii, quasi horum alter in alterius præjudicium novare non possit, cum socius in re communi invito socio nihil facere possit, quo alterius focii conditio fiat deterior. l. Sabinus. 28. ff. comm. divid. l. in re communi. 26. ff. de S. P. V. In casu verò l. 31. §. 1. correos non fuisse simul socios. Alii putant, quod in casu d. l. 31. §. 1. specialiter & expressè fuerit hoc actum, ut ab utroque liberatio contingeret, in verbis, ibi: cum id specialiter agit. secus autem sit in casu d. l. 27. Gædd. d. l. Ut enim unius correi novatione etiam respectu alterius correi obligatio extincta dicatur, requiritur, ut specialiter hoc actum sit, quod scilicet in solidum ab utroque debeat esse liberatus, aliàs enim in præjudicium alterius facta non intelligetur. d. l. 31. §. 1. ibi: cum id specialiter agit.

II. Quatenus animus novandi requiratur?

Nan 2

Olim

Olim ante constitutionem Justiniani regulariter non fuit opus, ut animus novandi specialiter exprimeretur, ut patet ex l. fin. C. de novat. ubi hoc suæ constitutioni adscribit; nisi ex certa aliqua causa in certis quibusdam casibus, ut in l. qui usum fructum. § 8. ff. de V. O. l. aliam. 29. l. si rem. 31. §. 1. ff. de novat. de quibus vide Arumæ. exerc. iust. 16. th. 16. Hunn. V. R. lib. 3. tr. 8. q. 1. Harpr. §. praterea. 3. n. 37. & seqq. atque ita veteri jure fiebat novatio, si hoc inter contrahentes esset actum l. 2. l. 6. l. si Stichum. 8. §. 1. l. fundum. 28. ff. de novat. cum autem non opus esset animi expressione, seu ut contrahentes expressè dicerent, se animo novandi hoc agere, dubium fuit apud Ictos veteres, quomodo & ex quibus inditus intelligi deberet posteriorem stipulationem novandi animo interpositam esse, ideoque Imp. Justinianus totam hanc difficultatem tollere voluit, ac constituit, hodie non aliter fieri novationem, quam si novare se, & posteriorem stipulationem priore obligatione sublata novandi animo interponere velle, disertè & specialiter contrahentes dixerint, alioqui pristina obligatio manebit, & secunda ei accessisse intelligetur, ac ex utraque obligatio nascetur. §. praterea. 3. l. quib. mod. toll. obl. l. fin. C. de novat. & ibi Sichard. aded, ut si aliter fuerit facta novatio ne quidem ope exceptionis priorem obligationem tollat, d. l. fin. ibi: nihil penitus prioris cautela innovari & c. Arumæ. d. exerc. 16. th. 17. Et ne quidem ex præsumptionibus & conjecturis verisimilibus vel manifestis, novandi animum demonstrare sufficiet, d. l. fin. ibi: nihil penitus prioris cautela innovari, & c. nisi ipsi specialiter remiserint, & c. & ibi: & si non verbis exprimat, ut sine novatione causa procedat; hoc enim naturalibus inesse rebus volumus, & non verbis extrinsecus supervenire. C. de novat. d. §. 3. ibi: & quasdam de hoc præsumptiones, & c. l. quib. mod. toll. obl. & ibi Harpr. n. 42. Schifordegh. lib. 2. ad Ant. Fabr. tr. 5. q. 1. & seq. Bart. in l. pen. n. 3. in fin. ff. de pret. stip. Bald. in d. l. fin. n. 1. C. de novat. Bocer. class. 4. D. 19. th. 102. Difkent. Dd. comm. Gail. 2. obs. 30. Zanger. de except. part. 3. cap. 5. n. 116. Menoch. 3. præf. 134. n. 36. Mascard. de probat. vol. 2. concl. IIII. n. 18. & seqq. & ab his allegati. Hæc quæ de novatione sunt ita constituta, locum quoque habent in delegatione, cum hæc sit species novationis, & d. l. fin. C. de novat. disertè loquatur de novatione, qua quis aliam

aliam personam adhibuerit, hæc autem est delegatio, *supra* th. 40.  
 & 43, gloss. in l. 2. C. de novat. *Sichard. in d. l. fm. n. 5. C. d. t. Aruma. d.*  
*th. 17. in fm. Hunn. in resol. Treurl. 2, D. 29. th. 6. lit. a.*

## MANTISSA.

*An duellum honoris sit licitum?*

Anterioribus temporibus moris fuit, ut si bellum rectè & legitimè fuisset susceptum, aliquando ipsi belli Duces ad duellum provocarent, & inter se ferro contenderent, ut qui vicisset, justiorē causam habere crederetur, eique victus cederet, ut de Edmundo Anglorum, & Canuto Dacorum Regibus testatur *Poly. Virgil. in histor. Angl. lib. 7.* ubi ait: ratio inita est, ut Reges inter se ferro contenderent, & qui vicisset, huic alter victus regni possessione cederet. Idem de Rhoë Daniæ Rege, & Huntingo Saxoniam Principem refert *Crantz. lib. 1. c. 4. in Sax.* Et de Attisso Sueciæ, & Froino Juciæ Rege, idem *Crantz. lib. 1. c. 22. in Dania.* Sic de trigeminis Horatiis & Curiatiis, quorum illi pro Romanis, hi verò Albanis depugnarunt, constat *ex Livio.* Atq; omnibus notum est exemplum illud in sacris Davidis cum Goliatho. *1. Samuel. 17.* Hinc temerarium hodiernum duellum natum videtur, quo alter alterum ex levissima quadam, imò somniata sæpe causa, & nescio qua sibi imaginata offensa & injuria, ad duellum honoris provocat; daß einer dem andern ein Carrell überschießet / ihn / auff Leib vnd Leben sich mit ihm / entweder zu Fuß oder Pferd / mit dem Degen zurauffen / oder eine Kugel mit ihm zuwechseln / aufffordert. Quam provocationem adeò rigidam & efficacem nonnulli somniant, ut si provocatus non compareat, vulgo pro infami, viro timido ac effeminato, & à consortio, mensis & comotationibus arcendo habeatur, det nicht werth sey / daß ein ehrlich gesell / oder Cavallier (ut hodie promiscuè dici amant) mit ihm essen oder trincfen sölle / & in hujus infamiam signum laciniam seu mappam pro ea parte, quam talis in accumbendo occupat, quibusdam in locis apud Germanos refecari solere, ex *Rodolph. Agricol. in epist. de congress. Caf. Frider. cum Carolo Duce Burgund. & Sichard. conf. crim. 8. num. 41. & seq. refert Georg*

Nnn 3

Obrecht.

Obrecht. in tract. de necess. defens. cap. 11. n. 63. Ast hoc quo jure? Non Divino, quo privata vindicta, qualis hæc est, omnis est prohibita, *Levit. 19. v. 18. Deut. 22. v. 35. Rom. 12. v. 19.* & generale est præceptum; non occides. *Exod. 20. v. 13.* Nec Civili, quo jure tum deum eum cæde alterius licita est defensio, si se aliter defendere non possit. *l. scientiam. 45. §. qui cum aliter. 4. ff. ad L. Aquil.* & quos prætor sua jurisdictione componere potest, eos ad arma & rixam procedere pati non debet. *l. si cuius. 13. §. sed si. 3. vers. æquissimum. ff. de usufruct.* ideo enim publicorum judiciorum vigor in medio est constitutus, ne quilibet privatus sibi permittere valeat ultionem. *l. nullus. 14. C. de judicis.* ac Reip. interest, ne singulis concedatur, quod publicè per magistratum fieri oportet, ne occasio sit majoris faciendi tumultus. *l. non est singulis. 176. ff. de R. I.* Unde quod provocatorem attinet, is peccat 1. contra Deum, cujus imaginem, hominem scilicet, propria vindicta violare cupit, 2. contra magistratum, què contemnit, & privatam ultionem contra ipsius mandatum & auctoritatem sumit, cui tamen sub gravissimis pœnis obtemperare oportet. *l. un. ff. si quis jus dic. l. injuriarum. 13. §. 2. ff. de injur. l. non potest dolo. 199. ff. de R. I.* quam obedientiam si quis magistratui recusat & ipsi resistit, Dei ordinationi resistit. *Roman. 13. vers. 1. & 2. 3.* contra proximum, quem offendere ipsi animus est, quem tamen æquè ac se ipsum deligere jubetur *Matth. 19. v. 19.* unde temeraria modò ira & odium adversus proximum apud Deum pro homicidio habetur *Matth. 5. v. 21.* 4. contra seipsum, quia peccando contra Deum, magistratum & proximum suum, animam & corpus Sathanae potestati mancipat, inquit. *Obrecht. d. c. 11. n. 42.* Nec huic iniquitati patrocinium adferunt exempla superiora; siquidem extra bellum alia duelli est ratio, ut enim in illo minori totius exercitus damno duo litem finiunt, *Vasq. 1. cont. 12. n. 1.* sic in pace, ubi judicis copia præstò est, maxima Reip. jactura ad manus devenitur. Nec quicquam, ut inquit Theodorus Gotthorum Rex, apud *Goldast. const. Imp. rom. 3. p. 54* à bellica confusione pax tranquilla distaret, si per vim litigia terminarentur. Unde etiam leges armorum usum privatis adimunt. *l. un. C. ut armor. us. Nov. 85. c. 4.* atq; ita etiam duella, quæ sine armis expediri nequeunt, prohibent.

Neque

Neque evocatus non comparens ullam infamiae incurrit maculam, ut nonnulli ineptiunt, quasi crudelis sit, quod confidens conscientiae famam suam negligat. *c. nolo. 10. caus. 12. q. 1. cum fama & vita aequiparentur. l. isti quidem. 8. §. 2. ff. quod met. l. justa. 9. pr. ff. de manum. vind. P. H. D. art. 140. Gail. 1. obs. 10. n. 3. & famae gravior, quam oculi amissio, Wesemb. π. ff. de judic. n. 3. meliusque sit mori, quam vilipendi, Bald. cons. 212. col. 1. lib. 4. Cravet. cons. 49. n. 7. lib. 1. Resp.*

Hæc enim inanis quorundam non rectè judicantium persuasio est. Non enim juris incurrit infamiam, si quidem hanc lex ob turpe aliquod commissum irrogat, quale hic nullum fingi potest. Neque etiam facti, quia homines graves, boni & honesti non infamia, sed laude dignum detrectantem judicabunt, quod magis Deo & Magistratui, quam temeritati provocantis obtemperare velit. De omnibus injustitiarum generibus nullum, inquit *Aijala lib. 1. de jure & off. belli c. 3. n. 6.* turpius aut majus esse potest, quam ut imbecillis ac tenuis accepta injuriâ sit infamia dignus, nisi cum adversario, quantumcunq; viribus præstet, armis certaverit, ac vitam periculis objecerit, præsertim cum natura sic comparatum sit, ut qui minimum rationis, plurimum roboris habeant; quod de Scythiis refert *Bodin. in meth. hist. c. 5.* Et *Senec. 2. de ira. c. 6.* inquit: Quid indignius, quam sapientis affectum ex aliena pendere nequitia? Nec honoris sui prodigus, vel negligens perhiberi poterit, qui Magistratus autoritate injuriam sibi illatam vindicaverit. Atque inde quoque pro timido vel effæminato non erit habendus; timidus enim non est, qui Dei & Magistratus iram & offensionem timet, quia hic timor laudabiliter etiam in virum fortem cadit, *Aristot. lib. 3. Ethic. c. 9. & 10.* Nec timidus est, qui ea pericula adire timet, quæ reprehensionem magis, quam laudem merentur, *Aristot. d. l.* Unde quoque, è contrario, fortis non est, qui ira, vel ex dolore in periculum impellitur, juxta *Aristot. d. lib. 3. cap. 8.* quod etiam belluas & bruta animantia facere videmus. Unde *Lactant. lib. 6.* ait: fortitudo si nulla necessitate cogente, aut non pro causa honesta periculum subit, in temeritatem convertitur. Et *Arist. d. lib. 3. c. 10. in fin.* audaces, inquit, præproperi sunt & præcipites, periculumque, antequam in periculo versentur, adire volunt. Quamvis

vis

vis ergo consuetudine fortè alicubi contrarium foret receptum, injusta tamen & impia illa esset, quippe quæ juri Divino, & Civili, rectæque rationi, quæ anima est consuetudinis. *c. fin. ubi gloss. in verb. rationabilis. X. de consuet. l. quod non ratione. 39. ff. de legib. Nov. 134. c. 1. vers. mala autem. contrariaretur, atque ita ut corruptela rejicienda. c. fin. X. de consuet. prout etiam nuperrimè ex aula Imperiali sub gravissima pœna exulare est iussa, & in Gallia sublata. Eademque de re in celeberrima hac Argentinensium Republ. saluberrima Anno 1583. mensè Novemb. promulgata est constitutio, qua ejusmodi provocaciones & duella in totum sunt prohibita, quam constitutionem refert *Georg. Obrecht. in d. rr. de neces. defens. c. II. num. 36.**

FINIS.

SOLI DEO GLORIA.








Strassberg, Diss., 1623-26

X26 m020

WMA







*Exercitationum Academicarum  
Decima Tertia*

DE CONTRACTU-  
UM DISSOLUTIONE.

*Quam,* 1626, 13. XXXIX.  
S.S. AUXILIANTE TRIADE

*In Collegio privato,*

Ex permisso Amplissimi Ictorum ordinis in celeberrima Argentoratensium Academia instituto;

PRÆSIDE

PHILIPPO Knipschilde  
Medebachio-Weitph.

*Nobilissimis & præsantissimis Dominis collegis  
examinandam proponit,*

*Ad diem Martii,*

ROBERTUS Königsmann  
Argent. Alfat.



ARGENTORATI,  
EXCUDEBAT PAULUS LEDERTZ,  
Anno M. DC. XXVI.